

M. TULLII CICERONIS

ORATIONES

SELECTAS

CUM NOTIS

HOTOMANNI, ABRAMII, MURETI, MANUTII, GRAEVII, HEUMANNI AC SELECTIS ALIORUM

RECENSUIT ATQUE EDIDIT
JOANNES ANDREAS OTTO,
VERBI DIVINI MINISTER EIKENDORF ET ZENS.

PARTES TRES.

EDITIO NOVA, AUCTA ATQUE EMENDATIOR.

MAGDEBURGI,
EX TYPGGRAPHIA PANSIANA.
APUD AUCTOREM ET APUD KEIL.
MDCCCI.

2 Thlr. 8 Gr.

M. TULLII CICERONIS

ORATIONES

PRO SEX. ROSCIO AMERINO

ET

N CATILINAM QUATUOR

CUM NOTIS

HOTOMANNI, ABRAMII, MURETI, MANUTII, GRAEVII AC SELECTIS ALIORUM

RECENSUIT ATQUE EDIDIT

JOANNES ANDREAS OTTO,

VERBI DIVINI MINISTER EIKENDORF ET ZENS.

PARS PRIMA.

EDITIO NOVA, AUCTA ATQUE EMENDATIOR.

MAGDEBURGI,

EX TYPOGRAPHIA PANSIANA,

APUD AUCTOREM ET APUD KEIL.

MDCCC.

18 Gr.

VIRO

EXCELLENTISSIMO,

DOCTISSIMO,

FRIDERICO LUDOLPHO

FERDINANDO de ANGERN,

POTENTISSIMO BORUSSORUM REGI

AB INTIMIS CONSILIIS

ET

MAGDEBURGENSIS CAMERAE PRAESIDI,

FAUTORI HONORATISSIMO

HANC LIBRI PARTEM

TAMQUAM REVERENTIAE DOCUMENTUM

D. D. D.

AUCTOR.

Praefatio editionis primae.

Nimium diu iam regnarunt in ſcholis Rhenius, Gottſchlingius, aliique, qui his non diſſimiles Ciceronis orationes ediderunt. Fugiant tandem Muſarum ſedes, et in loca deſerta abeant. Deſinant ineptiis ſuis iuvenes in diſcendo impedire, eorumque animos imbuere erroribus. Satis iam eſt detrimenti, quod ſcholis attulere; ſanioribus editionibus opus eſt, quibus litterarum ſtudioſi in ſcriptoribus legendis intelligendisque non impediantur, ſed adiuventur. Quantum vero vulgares editiones, quae ob pretii vilitatem in notitiam iuvenum manusque venerunt, in litteris addiſcendis profuerint diſcipulis, nemo

mo ignorat, cui alios inſtituendi prouincia data eſt. Etenim non loquor de iſtis ſolum, quae ſaeculo praeterlapſo excuſae ſunt, ſed de iis etiam, quae hoc noſtro in lucem prodierunt, duabus his exceptis, Graeuiana atque Erneſtiana. Quae vero praeter has exſtant, diſcentium uſibus parum conſulunt, tum ob textum corruptum atque interpolatum, tum ob notas incorrecto textui ſubiectas, quae profecto rei intelligendae parum ſaepe lucis afferunt.

Nos quidem non ſumus laudis adeo cupidi, ut eam aliis detractam velimus. Quae enim huic editioni tribuenda eſt laus, non in me, ſed in iſtos potius commentatores, quibus in conſcribendo hoc libro uſus ſum, redundat. Dicam tamen, ut res eſt. Vulgares editiones habent nonnumquam notas ſatis bonas, quibus, veluti gemmulis, diſtinctae ſunt; ſaepius autem lectorem in inveſtigando ſenſu, et verborum ſignificatu reperiendo, prorſus derelinquunt, ita, ut iuvenis elegantioris latinitatis ſtudioſus lexica euoluere, et in iis perlegendis multum temporis perdere cogatur. Praeterea etiam non ſolum non proſunt, ſed etiam obſunt, quaeque inde diſcentibus notitia aperitur et rerum et verborum, ea plerumque ſolet eſſe vaga, erronea, manca. De hiſtoria, cuivis orationi praemittenda, de ritibus, qui olim apud Romanos obtinuerint, ad quos ſaepe reſpi-

respiciunt scriptores, de formulis solemnibusque populi Romani verbis, quae noscere omnibus exquisitae latinitatis studiosis utile est ac necessarium, de structura periodi, de concinnitate totoque orationis artificio, in quo maxime spectatur auctoris ingenium dicendique vis, de vera et genuina verborum significatione multisque aliis, quae in interpretatione perspicua non praetereunda erant, parum vel nihil fere monuerunt isti scriptorum editores. Somniantibus enim, veterum scripta explicare nihil esse aliud, nisi figurate dicta lectoribus ante oculos ponere, sufficiebat, tropos atque figuras, si forte in oculos incurrerent, indicasse. Labor iste gratissimus solebat esse praeceptoribus, quibus in explicando discentium animos ad figuras has revocare placuit. Ita vero, per deum immortalem, qui fieri potest, ut praua ista ineptaque institutione adolescentium animus ad humanitatem formetur?

Etsi igitur multi iam in emendandis illustrandisque Ciceronis orationibus, praesertim in iis, quae ob verborum elegantiam et concinnitatis suauitatem *selectarum* nomine sunt insignitae, desudarunt: tamen, cum vulgg. edd. discentium usibus parum consulant, operae pretium facturus mihi videbar, si et meam diligentiam orationibus his recensendis interpretandisque impenderem. Equidem cum aliis editionem, quae haberet saniorem

niorem textum, ſelectis notis ornatum, diu, ſed fruſtra exſpectavi. Quam ſi quis erat curaturus, nil niſi improbus labor requirebatur et indefeſſa diligentia, quae in perlegendis conferendisque inter ſe optimis editionibus aeque ac in eligendis optimorum commentatorum notis verſaretur. Textum enim, quantum a viro docto, librorum praeſidiis adiuto, et criticarum rerum perito fieri potuit, reſtituit Erneſti, cui ſelectae optimorum interpretum notae ſubiici poterant. Quem laborem me in gratiam ſtudioſae iuventutis ſuſcepiſſe, ſchedula mea ante ſex menſes promulgata indicavit. Sedulus eram in opere perficiendo, et quantum ceteris ad voluptates et ad ipſam requiem animi et corporis conceditur temporum quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis; tantum mihi egomet ad ſelectas Ciceronis orationes recenſendas ſumebam.

Haec prima pars cum eſſet iam abſoluta, primaeque plagulae ſub prelo ſudarent, ſub novi huius anni auſpiciis demum litterae, in officina libraria Orphanotrophei ſcriptae, ad me perlatae ſunt: in quibus fuit ſcriptum, mihi non eſſe licitum, edere Ciceronis orationes ex recenſione Erneſti, tum ob maximos ſumtus in hunc librum factos, tum ob privilegia, quibus eſſet cautum, ne quis Ciceronis opus, Erneſti cura editum, recudere, vel aliis recudendum dare conaretur.

Admi-

Admirabar sane litteras ita scriptas, meque contra privilegia Orphanotropheo concessa facere persuadere mihi non poteram: non enim totum opus, sed ne vigesimam quidem operis partem, non notas omnes, sed nonnullas tantum imprimendas curare statueram. Interim consului amicos iurisque peritos, qui mihi omnes assenserunt, quid? quod, ut in incepto opere pergerem, me adhortati sunt. Verum ego hoc, quod multi suaserunt, certis de caussis a me impetrare non potui, ut facerem. Praefectum tamen officinae librariae, quae Halae in Orphanotropheo floret, per litteras monui, ut schedulam, quae novam hanc editionem nunciaret, rursus inspiceret, eiusque argumentum cum privilegiis, quae ipsi essent, accuratius conferret. Promisi etiam sancte, me Mss. flammis potius daturum esse, quam secus faciendo privilegia Orphanotropheo clementissime concessa violaturum. Hoc unum tantum, quod postulare poteram, rogavi, ut privilegiorum exemplar fide dignum ad legendum mihi mitteret, ex quo ipse rem omnem diiudicare possem. Sed repulsam tuli; privilegia mihi tradere dubitatum fuit, et nihilo secius postulatum, ut editionem, his nundinis prodituram, retinerem, acceptas vero pecunias iis remitterem, quorum auxilio in opere edendo adiutus essem. Non potest non cuivis haec legenti mirum videri, quod Orphanotropheum privilegia, quae

roga-

rogaveram, quaeque bibliopolae libris in vulgus edendis interdum ſolent praemittere, mecum communicare dubitaverit. Servaſſem profecto, quae ſancte promiſeram: ſcripta omnia Vulcano obtuliſſem, ſi modo facultas mihi data eſſet, ex privilegiis diiudicandi, an futurum ſit, ut annunciata mea editione ipſa violentur.

Communicarunt tamen mecum privilegium, quod dicunt generale, a Friderico I. Boruſſorum rege datum, quo hymnaria aliosque libros ad erudiendos hominum animos a Franckio b. m. conſcriptos recudere interdictum eſt, ut vel inde intelligerem, ſelectas Ciceronis orationes ex recenſione Erneſti edere mihi eſſe prohibitum: quod vero neque ego, neque alii, quibus id legendum dabam, ibi repererunt. Venit ergo mihi in mentem, quod omnibus aequis rerum arbitris in mentem venire debebat, privilegia Orphanotrophei, cum mihi flagitanti non traderentur, editioni meae non eſſe contraria; hinc nihil impedire, quo minus incepta perficerentur. Ita argumentati ſunt omnes, quos conſului, et ut a capto conſilio non deſiſterem, a me contenderunt, ſiquidem iudex, quantumvis ſeveriſſimus, cauſam meam non improbaturus ſit. Adiecerunt etiam, ut animum mihi augerent, ſcriptores, quos dicunt, claſſicos, in Orphanotropheo excuſos, annotationibus neglectis, recuſos eſſe

plu-

plures; hinc numquam fore, ut ultra minas progrediatur, mihique molestias, etiam si possit, facessat.

Ego vero diu multumque dubitavi, quid liceret, quid expediret, quid deceret. Pacem enim, si fieri potest, cum omnibus libenter colo, lites vero extimesco; quod rectum est, sequendum esse puto, fugiendum autem id, quod est inhonestum: gratus sim erga eos, qui beneficia in me contulerunt, peropto, ingratum vero animum turpem duco. Pacis conditiones tuli, sed nihil profeci. Quid ergo? Vicit tandem pacis studium, vicit gratus animus, vicit honestatis laus. Pacem ut servarem, gratus ut quodammodo haberer pro beneficiis, in Orphanotropheo acceptis, omnem iniuriae suspicionem, vel minimam, ut vitarem, neque amicorum consilium admisi, neque quod ad imitandum mihi proposuerunt exemplum, secutus sum. Longe aliam viam sum ingressus. Mutato enim consilio, scripta mea recognovi, hasque orationes non ex Ernesti, sed Graevii recensione edidi, quod vel ipsa huius libri inscriptio significat. Ita tandem omnis controversia, exorta iam, sublata est. Sed quorsum haec commemoro? ut omnes intelligant, quaenam mutati mei consilii causa fuerit.

Restat,

Reſtat, ut de huius editionis conſtitutione aliquid dicam, iisque hominibus, qui, ſi ultro citroque Erneſti nomen legerint, forte ſuſpicentur, me contra datam fidem librum hunc ex eius opere compilaſſe, reſpondeam. Uſus ſum in edendo hoc libro editionibus compluribus iisque optimis, quaeque ad Tullium intelligendum utilia et neceſſaria putavi, ex Hotomanni, Abramii, Mureti, Manutii, Graevii, Heumanni, Cellarii, aliorumque notis transſcripſi, ita ut delectus ille ſemper conſuleret uſibus legentium. His accedunt nonnumquam et mea, licet pauca. Erneſti nomen adſcripſi, ubi conſentit cum aliis. Eosdem enim fontes adii, unde V. V. hauſit, quo factum eſt, ut verba verbis interdum reſpondeant. Clavem Ciceronianam in locis nonnullis, quorum ibi mentio facta eſt, citavimus, ut, qui aureum hunc librum poſſident, eumque inſpicere cupiunt, ſtatim ſciant, an et ubi ſit quaerendum. Monemus hoc eorum cauſa, quibuscum nobis res fuit de hac noſtra editione, ne forte errore decepti putent, me, quae ſint Erneſti, deſcripſiſſe. Singulis orationibus praemiſſa eſt brevis narratio earum rerum, quae ad bene intelligendas orationes multum valent; praeterea epitome ſuccincta, ex qua totus orationum ordo earumque argumentum uno quaſi obtuitu perſpicitur. Textum repetii ab editione Graeviana, et varias lectiones, quarum eſt ſumma copia in

Grae-

Graevio, ubi utile visum est, annotavi. Quae enim falsae videbantur, neque commodum habebant sensum, eas silentio praeterivimus. Has ignorare satius putamus. Ordo orationum ad temporis rationes factus, simulque, quo aetatis anno Cicero eas habuerit, in prooemiis dictum est. Orationem quamvis excipiunt sententiae, quae inter legendum notatu dignae nobis videbantur; alteram vero huius libri partem augebimus catalogo lectionum et Graevii et Ernesti, quas quo facilius conferre possis, foliis in duas columnas divisis, alteram e regione alterius ponere in animo est.

Fautoribus atque amicis, quorum benevolentia atque opera in edendis his orationibus adiutus sum, gratias ago, quas possum, maximas. Spero autem atque confido, me exspectationi ipsorum satisfecisse; promissis enim, quantum fieri potuit, steti. Editus est quidem liber hic ex recensione Graevii, cum tamen textum ab editione Ernesti me repetiturum esse pollicitus sim. Promissum vero, quod non modo sine iniuria, sed ne quidem sine iniuriae suspicione servaveris, non faciendum. Feci potius id, quod non promisi, quodque salva honestate fieri potuit. Varias lectiones, quas omittere constitueram, quaeque non sunt in promissis, in locis difficilioribus commemoravi, ut in iis diiudicandis discentes iudicium exercere pos-

ſent. Ex quo iam nemo erit tam iniuſtus rerum aeſtimator, qui dubitet, etiamſi aliqua culpa teneamur erroris humani, a ſcelere certe nos liberare. Nihil magis habeo in votis, quam ut nova haec Ciceronis orationum editio, quam in uſum ſcholarum curavi, diſcentibus uſui ſit maximo. Scripſi Magdeburgi in Coenobio B. M. Virg. d. XX. Mart. cIↄ Iↄ CCLXXVII.

Prae-

Praefatio editionis secundae.

Admonitus non solum a bibliopolis, sed excitatus etiam ab hortantibus amicis, novam huius libri editionem curandi consilium ceperam, cum prior in officinis librariis desiderari coepta esset. Non defuere quidem, qui ex quo tempore selectae Ciceronis orationes a nobis editae in lucem prodierunt, in iis corrigendis, illustrandis et vertendis operam suam impenderent, inter quos *Doering*, *Morgenstern* et *Schelle* prae ceteris excelluerunt; sed viri isti de re litteraria bene meriti non omnes has orationes interpretari suum duxerunt, eorumque scripta tanti prostant, ut discentium multi propter rei familiaris angu-

stias

ſtias eas ſibi comparare non poſſint. Cum ergo eorum non parvus ſit numerus, qui praeſtantioribus Ciceronis editionibus et carere cogantur, et ab iis legendis retineantur, nova orationum editio in uſum ſtudioſae iuventutis non ſupervacanea mihi viſa eſt, et quantum temporis a muneris mandati laboribus concedebatur, tantum in Ciceronis orationibus recenſendis novaque earum editione curanda conſumſi.

Quae ut magis abſoluta ac priori emendatior evaderet, ea, quae ab aliis ſparſim explicata ſunt, perlegere atque diligenter examinare meum eſſe duxi, ut inde ea depromerem, quae et ad textum corrigendum eumque illuſtrandum valerent. Quo factum eſt, ut liber hic neque ex recenſione Graevii, neque Erneſti editus ſit, ſed ex meo potius iudicio egi. Quamquam enim in textu bene conſtituendo multa recentiorum criticorum diligentiae debeam, tamen non temere aſſenſum ipſis tribui, ſed delectu et coniecturarum et correctionum habito textus vulgatus a me multis locis emendatior eſt factus.

Catalogus lectionum et Graevii et Erneſti, qui in fine alterius huius libri partis prioris editionis conſignatus erat, cum legentium uſibus parum conſuleret, omiſſus eſt. Pari modo ſententiae, quae orationem ſingulam excipiebant, ſunt deletae, cum librum

brum sine causa augerent, et a lectore quovis attento, si ipsi notatu dignae viderentur, facillime possent colligi. Notis, quae textui subiectae sunt, latinis germanas intermiscere, nullus dubitavi, imitatus exemplum aliorum, quibus hoc a nemine vitio vertitur. Octavum orationis pro Sex. Roscio Amerino caput, paullo difficilius, in nostram transferre linguam ausus sum, ut tirones vel inde discant, quanta in vertendo cura sit adhibenda, si quis oratoris sensum non solum reddere, sed etiam orationis suavitatem et concinnitatem retinere velit, ita ut oratio, quae in romana bene fluit, non minus in vernacula lingua procedat.

Vetus orationum ordo, ad temporis rationes factus, servatus est, ita tamen, ut, quae a Tullio pro lege Manilia habita fuit, ab hac parte exclusa sit. Seriem orationum, quae secunda in parte continentur, ducet. Ad consuetum ordinem immutandum haec maxime causa nos impulit, ut liber hic discentium usui esset accommodatior, omnesque eius partes et pretio et magnitudine aequarentur. Cum retardato novorum typorum adventu et operae typographi retardatae sint, serius prima huius libri pars edita est, ac emtoribus promiseram, nec reliquae partes ante nundinas Lipsienses vernales prodibunt.

Ceterum vota facimus, ut ſtudioſae iuventutis diligentia in litteris addiſcendis labore noſtro his orationibus impenſo multum adiuvetur. Scriptum Eikendorf. a C. ↀ IↃ CCC.

Errata.

Errata.

Pag. 6. lin. 2. *impulsis* pro: *impulsus.*
— 12. l. 14. verum ne pro: verum uti ne.
— 12. n. 19. consilium cuius pro: consilium, cuius,
— 47. n. 5. arguas; habes pro: arguas, habes;
— 50. l. 21. potest; si pro: potest, si.
— 54. l. 12. 13. Accusatores: multos pro: Accusatores multos.
— 55. l. 1. tamen, ei, pro: tamen ei,
— 81. l. 1. rer pro: paterer.
— 110. n. 6. esset scribit pro: esset, scribit.
— 118. l. 15. putetis partim pro: putetis, partim
— 137. n. 9. Chrysogouum pro: Chrysogonum.
— 148. n. 2. fuisset nihilo pro: fuisset, nihilo.
— 152. n. 9. ubi ei S. C. pro: ubi ei ex S. C.
— 171. l. penult. e veteris pro: e veteribus.
— 181. n. 14. verbis, prosecuti pro: verbis prosecuti.
— 183. n. 6. oratio pro: ratio.
ibidem. — — singula singulas pro: singula singulis.
— 185. n. 3. *Hic* inter pro: *Hic:* inter.
— 186. n. 5. aedes ut pro: aedes, ut.
— 195. §. 33. Hisce omnibus pro: Hisce ominibus
— 206. l. penult. mnd pro: und.
— 210. n. 7. manserunt eos pro: manserunt, eos.
— 218. n. 6. quaequae pro: quaeque.
— 223. l. 7. 8. honestissia pro: honestissima.

A Pag. 24

Pag. 247. §. 4. At ego pro: Atque ego.

— 252. §. 8. ex aedibus, Cethegi pro: ex aedibus Cethegi.

— 268. n. 2. *vix videretur* pro: *vix videtur*,

— 269. n. 8. eitiam pro: etiam,

— 279. l. 12. eandem diem pro: eandemque diem.

— 286. — — a) *ad instammandum* pro: *ad inflammandum*.

— 291. n. 1. fige comma post: essent.

— 301. l. 5. del. comma post: impetus.

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS

PRO

SEX. ROSCIO

AMERINO

ORATIO,

habita anno aetatis 27. urbis 674.

ARGUMENTUM.

L. Sulla II. Q. Metello Coss. C. Erucius Sex. Roscium, municipem Amerinum, Equitem R. parricidii reum apud M. Fannium, quaesitorem inter sicarios, *i. e. eum praetorem, cui hoc datum erat, vt eo anno, si quis tanquam sicarius deferretur, de ea re quaestionem haberet ac iudicaret, fecit, eumque ita accusauit, vt diceret, causam ei malesicii suscipiendi fuisse, primum odium patris, qui et ab sese illum amandarat, et in praedia rustica relegarat, neque vnquam domi suae habuerat: et hoc amplius, exheredare illum in animo habuerat. Sex.*

 qui-

quidem Roſcius, pater huiusce Sex. Roſcii, municeps Amerinus, XIII. praediorum poſſeſſor, cum Romae eſſet, et a coena rediret, a T. Roſcio Magno, gladiatore, quocum veteres inimicitiae ei fuerant, ad balneas Palatinas occiſus eſt. Caedem primus Ameriam nuntiat Mallius Glaucia, cliens T. Roſcii, et nuntiat domum T. Roſcii Capitonis, per quem res ad Chryſogonum, Sullae libertum, in caſtra L. Sullae Volaterras defertur. Societas coitur, tria praedia Capitoni propria traduntur; in reliquas omnes fortunas alter Roſcius nomine Chryſogoni, qui bona interfecti Roſcii paruo a Sulla emerat, impetum facit, et Sex. Roſcium filium nudum eiicit domo. Poſtremo inſidias vitae huiusce Roſcii parare coeperunt, quia arbitrabantur, ſeſe non poſſe diutius alienam pecuniam, domino incolumi, obtinere. Poſtquam autem intellexerunt, ſumma diligentia vitam Sex. Roſcii, (Romam enim de amicorum ſententia ad Caeciliam aufugerat) cuſtodiri, conſilium ceperunt plenum ſceleris, vt, conducto accuſatore Erucio, nomen huius de parricidio deferrent. Quem Cicero adoleſcens (agebat enim tum annum aetatis ſeptimum et viceſimum) coram M. Fannio iudice ita defendit, vt et reus abſolveretur, et ipſe maximam aſſequeretur gloriam. Complexus eſt autem in hac oratione haec fere capita.

I. In

I. In exordio *causas affert, tum cur ad dicendum surrexerit, tum cur ceteri iniuriam defendere ipsi non audeant.*

1) *Excusat se, quod in tanta causa non veritus sit, patronum Roscii agere, scilicet quia et amici cupiant, et minimo periculo possit dicere.* §. 1-4.

2) *Queritur de Chrysogono, homine auaro, crudeli et iniquo.* §. 5-6.

3) *Petit a Chrysogono, vt fortunis Roscii contentus sit, sanguinem et vitam ne petat; a iudicibus, vt inopi succurrant.* §. 7. 8. 9.

4) *Vehementius contendit a M. Fannio, ut in cognoscenda causa diligens, in vindicando maleficio seuerus esse velit, idque propter honestatem et tranquillitatem publicam.* §. 10-13.

-ationis *duae partes sunt.*

-riore *continetur*

-istoria caedis Roscii, *cuius vitam honestam, consilia in defendenda nobilitate tam belli, quam pacis tempore; inimicitias cum duobus Rosciis enarrat.* §. 14-17.

) descriptio caedis *a circumstantiis loci et temporis.* §. 18.

2) *In* posteriore *referuntur ea,* quae consecuta sunt caedem, *quaeque suspicionem mouent; qualia sunt*

a) caedis nuntius. §. 19. 20.

b) ſocietas Chryſogoni *cum Roſciis et bonorum emtio.* §. 21. 22.

c) occupatio bonorum *Roſcii.* §. 23. 24.

d) legatio Amerinorum *ad Sullam a Chryſogono et Capitone eluſa.* §. 25. 26.

e) fuga Roſcii *ad cognatam Caeciliam.* §. 27.

f) conſilia aduerſariorum, *quibus impulſi Roſcium iugulari cuperent.* §. 28. *Hanc narrationem ſequitur digresſio, in qua eſt ἀνακεφαλαίωσις tum narrationis, tum exordii, tum ſceleris.* §. 29 - 33.

III. Conſtitutio cauſae *habet*

1) querelam de Roſcii periculo *propter aduerſariorum audaciam et ipſius tenuitatem;*

2) partitionem cauſae *in tria capita, quae ſunt crimen aduerſariorum, et audacia, et potentia.* §. 34. 35. 36.

IV. Contentio *reſpondet partibus in partitione propoſitis.*

1) Crimen aduerſariorum *diluitur probaturque, Roſcium neque cauſam neque facultatem occidendi habuiſſe. Nam ſi filius patrem occidiſſet, Erucius afferret cauſam occiden[illegible] tem; ſed occiden[illegible] facultatem [illegible] occidit pa[illegible]*

[illegible]

[illegible] *termenta* [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] *in* [illegible] *iniquitate* [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

2) *neque* [illegible] *per* [illegible]

§. 74. [illegible]

3) *neque servos, si per eos patrem occi-disset, ad quaestionem postularet.* §. 77. 78. 79.

Quod autem Erucius Roscio de tem-poris illius iniquitate obiiciebat; id Cicero in adversarios retorquet. §. 80. [illegible]

5) *De* [illegible] *accusatorum* [illegible] *differit,* [illegible] *in primis in T. Ro-* [illegible] *Mag-* [illegible] *haec par-* [illegible] *in quo* [illegible]

commemorat, qua causa ad accusandum impulsus sit, fide scilicet, non cupiditate. §. 83.

a) *Probat autem Cicero,*

1) Causam occidendi *fuisse Roscio Magno,*

a) *quod Titus ex caede Roscii emolumentum reportarit.* §. 84. 85.

b) *quod idem antea fuerit tenuis, auarus, audax, occisi inimicissimus.* §. 86-91.

2) Facultatem *etiam ipsi non defuisse,*

a) *quod Romae tum fuerit, cum ille occisus diceretur.* §. 92. 93.

b) *quod verus praeterea sicarius et gladiator sit, ac saepe in caede versatus.* §. 94.

b) *Recenset* cetera, quae post mortem Roscii a T. Roscio facta sunt, *quaeque caedem per eum esse factam probant. Sunt autem haec,*

1) *T. Roscii* audacia. §. 95.

2) nuntium caedis *per Glauciam, Titi familiarem, primum Capitoni, deinde Chrysogono allatum.* §. 96-107.

3) Capitonis perfidia, *qua Amerinorum legatos decepit; vnde hoc deducit Cicero, eum a caede non esse alienum.* §. 108-118.

4) T. Roscii recusatio, *quo minus serui in quaestionem darentur.* §. 119-121.

5) Chrysogoni potentiam *in inuidiam adducit; agit hac in parte*

a) de

a) *de* ordine orationis. §. 122. 123.

b) *de* venditione bonorum Roscii, *qui erat innocens, nec in numero proscriptorum, cuius ergo bona lege venire non potuerunt.* §. 124-131.

c) *de* potentia Chrysogoni; *vbi praedia, suppellex, familia, luxus et sumtus, habitus et conatus huius hominis perstringuntur. Excusantur autem ad inuidiam declinandam Sullani, omnisque culpa confertur in Chrysogonum.* §. 133-142.

V. Peroratio *duabus partibus absoluitur.*

1) *Rogat oratque Cicero Chrysogonum,* vt pecunia Roscii contentus sit, ne insuper vitam eius petat. *Est autem haec pars ad inuidiam Chrysogono et ad misericordiam Roscio concitandam magnopere accommodata.* §. 143-149.

2) *Vertit se ad iudices,* bonitatem et auxilium eorum implorans: *quod afflicto praeter vitam nihil sit reliquum; quod, si contra vim nihil opis sperare liceat, praestet inter feras, quam inter homines aetatem degere; quod Roscio condemnato metuendum sit, ne proscriptio Sullana recrudescat; denique quod his temporibus respublica nulla alia re adiuuari possit, nisi administranda iustitia.* §. 150-154.

Causa publica *adeoque ipsum* iudicium publicum *est: h. e. accusator non priuatam alicu-*

alicuius, ſed laeſae totius reip. iniuriam perſequitur, quod huiusmodi crimina ad ipſius reip. perniciem valent. Acta eſt in foro (vt moris erat, publice, et in conſpectu populi circum ſubſellia iudicum coronam facientis, haec capitis iudicia fieri) ad M. Fannii praetoris tribunal, qui quaeſtioni inter ſicarios praeerat, quum ei in conſilio iudices ex ordine ſenatorio, qui tum ſolus lege Cornelia iudicabat, aſſiderent. Et acta eſt, vt Gellius teſtatur, L. Sulla iterum, et Q. Metello Coſſ. anno poſt cauſam P. Quintii.

---

1 CREDO EGO VOS, IUDICES, 1) mirari,
1 quid ſit, quod, cum tot ſummi oratores homines-

1) Senatores intellige. Antea quidem iudicia penes equites romanos fuerunt: hoc autem tempore penes Senatores. Cornelius enim Sulla, infenſus equeſtri ordini, legem tulit, qua ſolis ſenatoribus iudicia iterum tradidit, quae lex Cornelia nominata eſt. Iudices hi M. Fannio Praetori et iudici quaeſtionis pro tribunali ſedenti, in ſubſelliis iurati aſſidebant, ſententiam perorata cauſa laturi. Orator hoc principio beneuolentiam a ſua perſona conciliat, quod hominis miſeri et innocentis cauſam, a ceteris omnibus propter defenſionis periculum deſertam, officio adductus ſuſceperit. Videtur in hoc exordio imitatus eſſe initium Archidami Iſocratis. *Hotomannus. Quid ſit.* Obſervat

minesque nobilissimi 2) sedeant, 3) ego potissimum surrexerim, 4) qui neque aetate, 5) neque ingenio, neque auctoritate 6) sim cum iis, qui sedeant, comparandus. Omnes enim hi, quos videtis adesse in hac causa, iniuriam nouo 7) scelere conflatam putant oportere defendi: defendere ipsi propter iniquitatem temporum non audent. 8) Ita fit, vt

servat hic Heusingerus versum hexametrum, quem aliud agens Cicero effudit: *quid*
Sit, quod, cum tot summi oratores hominesque.

2) Scipiones, Seruilii, Metelli. *Idem.*

3) In subselliis aduocatorum. Moris autem erat in iudiciis tum priuatis, tum publicis, amicos omnes aduocare, quorum auctoritate moueri iudices posse putabantur, iique *aduocati* dicebantur, qui praesentiam suam amico commodabant. *Orator* enim *patronus* dicebatur. Cap. 2. *Idem.*

4) Stantes enim et oratores in foro causam, et senatores in curia sententiam dicebant. V. c. 22. *Idem.*

5) Fuit enim XXVII. annos natus, quod contra alios defendit Gellius XV. 28. *Cellar.*

6) Nam auctoritas bene gerenda republica conciliatur: ipse autem nondum ad rempubl. accesserat.

7) i. e. inaudito, singulari, nefario. Nam duo scelera sunt: vnum, occidisse Roscii patrem, tanquam proscriptum a Sulla, qui proscriptus non erat, et eius bona tanquam proscripti ab hasta coëmisse; alterum, innocentem ac miserum eius filium, paternis bonis iniuste priuatum, ne quando ea recuperare posset, de parricidio accusare. *Manutius. Conflatam* h. e. effictam.

8) Propter Sullae potentiam, cuius offensionem metuunt. Nam satis constabat, et gratia valere plurimum apud Sullam libertum eius Chrysogonum, et

vt adsint, propterea quod officium sequuntur; 9) taceant autem idcirco, quia pericu-
2 lum metuunt. Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? minime. At tanto officiosior, quam ceteri? ne istius quidem laudis ita sum cupidus, vt aliis eam praereptam velim. Quae me igitur res praeter ceteros impulit, vt causam Sex. Roscii reciperem? quia, si quis istorum dixisset, quos videtis adesse, in quibus summa auctoritas est atque amplitudo; si verbum de republica 10) fecisset, id quod in hac causa fieri necesse est, 11) multo plura dixisse, 12) quam dixisset, puta-
retur:

ab eodem liberto oppugnari in iudicio Roscium propter paterna bona. Sic igitur excusat oratores, Roscii amicos, qui tacerent, vt statum temporum accuset, nullo metu Sullae, quamquam, hac oratione habita, in Graeciam se contulit, aduersam valetudinem simulans, reuera quod Sullae odium timeret. *Idem.*

9) Causam Roscii metu Sullae non agunt: ei tamen, iniuste vexato, adducti officio praesentes favent. Officio certe, quod a se exigit amicitia, deesse nolunt. Contrarium est *relinquere officium*, vel *deserere*.

10) De praesente statu reipubl., de rebus a Sulla in rep. gestis, de proscriptis, eorumque bonis venditis. *Hotom.*

11) Defendi Roscius non potest, nisi contra Chrysogonum verba fiant; Chrysogonum autem accusare, quid aliud est, quam Sullam ipsum, cuius gratia nititur, et praesentem reipubl. statum in inuidiam vocare? *Manut.*

12) Nam qui hoc Sullae renunciarent, rem verbis maiorem facerent. *Hotom.*

13) Non

retur: ego etiamsi omnia, quae dicenda sunt, libere dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare 13) poterit. Deinde, quod ceterorum neque dictum obscurum potest esse, propter nobilitatem et amplitudinem, neque temere dicto concedi, 14) propter aetatem et prudentiam: ego si quid liberius dixero, vel occultum esse propterea, quod nondum ad rempublicam accessi, 15) vel ignosci adolescentiae meae poterit: tametsi non modo ignoscendi ratio, verum etiam cognoscendi consuetudo 16) iam de ciuitate sublata est. Acce-

13) Non tanti fiet, vt ad Sullam perferatur, quippe habita ab homine adolescente, nulla auctoritate praedito. Verum haec spes eum fefellit. Coactus est enim, Sullae offensionem veritus, in Graeciam proficisci. *Idem.* *Similiter* sicut oratio illorum. *Exire:* differri, ins Publicum kommen. *In vulgus emanare:* euulgari.

14) Si quid temere dixerint, ignosci non potest. Haec significatio verbi *concedo* lexicis parum nota est. Pro Marcello cap. I. v. *Ernesti Clav.*

15) Priuatus adhuc erat, cui per aetatem honores nondum petere licuerat. Quaestor demum designatus est, cum annum ageret XXXI. *Heusingerus.*

16) Hoc significat: si quid ad Sullam, quasi de ipso liberius dictum, perfertur, non modo ei, qui dixerit, non ignoscitur, sed etiam incognita causa damnatur. *Hotom.* Notatur Sullae crudelitas, qui, quos ciuili bello aduersarios habuerat, eorum post victoriam ignouit nemini, et plus quam septem millia ciuium indicta causa iugulauit.

4 Accedit illa quoque causa, quod a ceteris forsitan ita petitum sit, vt dicerent, 17) vt vtrumuis saluo officio se facere posse arbitrarentur: a me autem ii contenderunt, 18) qui apud me et amicitia, et beneficiis, et dignitate plurimum possunt, quorum ego neque beneuolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem aspernari, 19) nec voluntatem 20)
2 negligere debebam. 21) His de causis ego
5 huic causae patronus exstiti, non electus vnus, qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo possem dicere: neque vti satis firmo praesidio defensus Sex. Roscius, verum ne omnino desertus esset. Forsitan quaeratis, qui iste terror sit, et quae tanta formido, quae tot ac tales viros

17) Vt Roscium defenderent, ita rogati sunt, vt tamen liberum iis esset, id petentibus negare, quod ab iis rogati sunt, quibus minus obligati videntur. *Heusing.* *Quod dicerent:* weil man die übrigen nur auf eine so gleichgültige Weise ersucht hat, den Roscius zu vertheidigen. *Vtrumuis:* beides, vertheidigen oder nicht vertheidigen. *Saluo officio* ohne bei denen, die sie darum ersucht, anzustoſsen.

18) In hoc maior vis est, quam in *petere*, vt in germanorum dictione: iemanden ersuchen, vnd in iemanden dringen.

19) Prudentissimum consilium, cuius auctores erant, vt Roscii causam susciperem.

20) Quam in hac re erga me et Roscium declararunt.

21) Vulgo: *debeam*. Sed omissa est littera *b*, quod primus vidit Ernesti. Sermo est de praeterito, et esse deberet *debeo*, si praesenti vti voluisset.

1) i. e.

viros impediat, quo minus pro capite 1) et fortunis alterius, quemadmodum consuerunt, 2) causam velint dicere. Quod adhuc vos ignorare non mirum est, propterea quod consulto ab accusatoribus eius rei, quae conflauit hoc iudicium, mentio facta non est. Quae res ea est? Bo- 6
na patris huiusce Sex. Roscii, quae sunt sexagies: 3) quae de viro fortissimo et clarissimo, L. Sulla, quem honoris causa nomino, 4) duobus millibus nummum 5) se dicit

1) i. e. pro vita, in cuius discrimen Roscius adductus est. Nam in parricidas extremum supplicium constitutum est. *Hotom.*

2) Hoc ad illorum laudem pertinet. Nam accusatorum nomen odiosum, defensorum vero gratiosum erat. *Idem.*

3) Sunt autem *sexagies*, vt tum loquebantur, sexagies centena millia sestertium, vel, vt nos scribimus, 6000000, quae diuisa per quadraginta, efficiunt centum quinquaginta millia Coronatorum. Eidem summae respondet, quod scribit Plutarchus de ducentis quinquaginta talentis. *Sunt* autem est aestimantur. *Idem.*

4) Cum nescirent, nominari, nec ne, aliquis vellet, hoc addebant, vrbanitatis gratia Cap. 16., et hoc de viuis tantum: nam si cuius mortui mentio fieret, omittebatur. Cap. 6-10. *Manut.*

5) i. e. Sestertiorum. Nummus enim et Sestertius idem sunt. Plutarchus emta dicit duobus millibus drachmarum, quadruplicata summa, id est octo millibus nummum. Nam drachma, graecus nummus, denario fere romano respondet. Denarius autem quatuor complectitur sestertios. Summam drachmarum

apud

dicit emiſſe 6) adoleſcens, vel potentiſſimus hoc tempore noſtrae ciuitatis, 7) L. Cornelius Chryſogonus. 8) Is a vobis, iudices

apud Plutarchum ſi per X. diuidas, (tot enim vel drachmae vel denarii Coronato vulgo. tribuuntur) emergent CC. Coron. *Manut.* Die Güter des ermordeten Roſcius, die auf ſechs Millionen Seſterzen taxirt, vnd alſo nach vnſerm Gelde drei Tonnen Goldes werth wären, will Chryſogonus für 2000 Seſterzen, (nach vnſerm Gelde nicht mehr als hundert Thaler) gekauft haben.

6) Nam ſi dixiſſet, *emit*, inuidioſum erat, et querela quaedam eſſe de ſtatu reipubl. videbatur, cum ea bona, quae eſſent ſexagies, duobus millibus nummum a Sulla venderentur. Sed ait: *dicit emiſſe*, vt oſtendat, in ea, non emta, Chryſogonum ſua ſponte, nullo iure fretum, Sullae gratia, inuaſiſſe. *Idem.*

7) Singula verba ad inuidiam Chryſogono valent. *Adoleſcens:* qui luxuriae libidinique ſeruiat, rationis et prudentiae propter aetatem expers. *Vel potentiſſimus:* quae potentia, ſi mediocris eſſet, in adoleſcente non probaretur, ea vel ſumma eſt. *Hoc tempore:* cum ad vnum referantur omnia. *Noſtrae ciuitatis:* miſerabiliter dictum, vt ſi dixiſſet: videte noſtram ciuitatem, in qua vel liberti licere ſibi volunt, quidquid libet. *Idem.*

8) Et praenomen, et nomen accepit a patrono Sulla, more libertorum. Nam qui libertate donabantur. in eius nomen tranſibant, a quo libertate donati eſſent. L. Sulla victor proſcriptorum ſeruis, qui firmis corporis viribus eſſent, amplius decem millibus libertatem dedit, eosque ciues Romanos eſſe, et *Corneliorum* nomine appellari voluit. *Chryſogonus,* ſerui nomen. *Hotom.*

9) Chry-

iudices, hoc postulat, 9) vt, quoniam in alienam pecuniam, 10) tam plenam atque praeclaram, nullo iure inuaserit, quoniamque ei pecuniae vita Sex. Roscii obstare atque officere videatur, 11) deleatis ex animo suo suspicionem omnem, metumque tollatis: sese, hoc incolumi, non arbitratur huius innocentis patrimonium tam amplum et copiosum posse obtinere, damnato et eiecto, sperat se posse, quod adeptus est per scelus, 12) id per luxuriam effundere atque consumere. Hunc sibi ex animo scrupulum, 13) qui se dies noctesque stimulet ac pungat, vt euellatis, postulat, vt ad hanc suam praedam, tam nefariam, adiutores vos pro-

9) Chrysogoni potentiam eiusque audaciam ostendit; demonstrat enim, ipsius auaritia crimen hoc in hominem innocentem conflatum fuisse. *Idem.*

10) Pecuniae nomine bona Sex. Roscii comprehendit omnia. Patrimonium infra vocat. *Manut. Plena* est copiosa, ampla.

11) Causam indicat, cur accusandum Roscium Chrysogonus curauerit, et cur eundem condemnari cupiat. *Manut.*

12) Per necem Roscii patris. *Per luxuriam effundere:* naturam et consuetudinem notat Chrysogoni, qui per scelus adepta per luxuriam effunderet.

13) *Scrupulus* est lapillus in calceo latens, et pressus pedem offendens. Hinc aegritudinem, dubitationem molestam et anxiam, cum metu coniunctam, *scrupulum* appellamus. *Hot. Stimulet ac pungat:* ita edidit Ernesti, quem et alii sunt secuti, quia oratio obliqua est. Alioquin deberet esse *ipsum* pro *se.*

14) Tan-

7 profiteamini. 14) Si vobis aequa et ho-
nesta postulatio videtur, iudices, ego con-
tra breuem postulationem affero, et (quo-
modo mihi persuadeo) 15) aliquanto aequio-
3 rem. Primum a Chrysogono peto, vt pecu-
nia fortunisque nostris contentus sit, sangui-
nem et vitam ne petat: deinde a vobis, iu-
dices, vt audacium sceleri resistatis, inno-
centium calamitatem leuetis, et in causa
Sex. Roscii periculum, quod in omnes inten-
8 ditur, 1) propulsetis. Quodsi aut causa cri-
minis, 2) aut facti suspicio, aut quaelibet
denique vel minima res reperietur, quam-
obrem videantur illi nonnihil tamen 3) in
deferendo nomine 4) secuti; postremo si
prae-

14) Turpis et iniqua postulatio, oratorie excogitata, ad conuertendos iudicum animos ad miserationem afflicti et innocentis rei. *Manut.*

15) Modeste fingit, id se credere, quod qui non credat, vir bonus esse non potest. *Idem.*

1) Argumentum a communi. Nam si Roscius damnatur, periculum fortunis communibus impendet. *Idem.*

2) Causa, cur patrem Roscius necare debuerit. *Idem.*

3) *Nonnihil tamen secuti:* sensus est: quam ob rem videantur non penitus hoc crimen confinxisse, sed argumenta et vestigia quaedam sceleris animaduertisse, quae illi nunc sequuntur, vt crimen e tenebris educere possent. *Hot.* *Vel minima-secuti:* auch nur die geringfügigste Veranlassung, in Rücksicht welcher sie doch etwas bei dieser Anklage vor sich gehabt zu haben scheinen könnten.

4) Aliud est *accusare*, aliud *nomen deferre*. *Deferri nomen* dicitur, quum is, qui accusare vult quem-
piam

praeter eam praedam, quam dixi, quidquam aliud causae inueneritis: non recusamus, quin illorum libidini Sex. Roscii vita dedatur. 5) Sin aliud agitur nihil, nisi, vt iis ne quid desit, quibus satis nihil est; 6) si hoc solum hoc tempore pugnatur, vt ad illam opimam praeclaramque praedam damnatio Sex. Roscii, velut cumulus, accedat: nonne cum multa indigna, tum vel hoc indignissimum est, vos idoneos habitos, 7) per quorum sententias iusque iurandum 8) id assequantur, quod antea ipsi scelere et ferro assequi consuerant? Qui ex ciuitate in senatum propter dignitatem, ex senatu in hoc con-

piam apud praetorem, interrogat: *Ajo, te patrem interfecisse*, vt si neget, eius nomen in reos referatur et instituatur accusatio, inter quam et delationem plures saepe dies intercedebant. *Idem.* V. *Ernesti Clav.*

5) In verbo *dedatur*, inest haec vis: vt agant in eum aduersarii pro summa potestate, quicquid libeat. *Manut.*

6) Ob luxuriam. In Chrysogonum dictum est, de quo paullo ante Cap. 2. *sperat se posse consumere.* *Idem.* *Si hoc pugnatur:* cum contentione appetitur. *Pugnare aliquid* est pugnare ob aliquid, pugnando aliquid assequi studere.

7) Quia Roscium apud vos de parricidio accusandum putarunt, sperantes vestris eum sententiis condemnatum iri. *Idem.*

8) Per quorum sententias iurato dictas. Iurabant enim iudices, se in ferenda sententia nihil gratiae, aut pecuniae daturos, sed ex praescripto legum iudicaturos.

consilium delecti estis 9) propter seueritatem, ab his hoc postulare 10) homines sicarios atque gladiatores, 11) non modo vt supplicia vitent, quae a vobis 12) pro maleficiis suis metuere atque horrere debent, verum etiam vt spoliis 13) Sexti Roscii ex hoc iu-
4 dicio ornati 14) auctique discedant? His de
9 rebus tantis tamque atrocibus neque satis me com-

9) Senatus enim hoc tempore iudicabat, cum Sulla superiore anno iudicia ab equitibus quod a Marianis partibus steterant, ad senatores transtulisset. Ex Senatu autem iudices ita legebantur, vt tres illorum decuriae fierent, e quibus praetor siue iudex quaestionis sorte primum elegit aliquos ad iudicandum. Qua sortitione facta accusator et reus, quos putabant aut inimicos sibi, aut cupidos, aut non satis integros esse, reiecerunt: his reiectis praetor ex reliquo numero iudicum alios subsortitus est, quibus iudicum legitimus numerus compleretur, ex quibus omnibus *consessus* vel *consilium* constabat. Qui ergo iudices post reiectionem relinquebantur, cum iis, qui per subsortitionem accesserant, dicebantur lecti in consilium. *Hotom.* et *Ernesti.*

10) *Hoc postulare:* pendet hoc a verbis: *nonne hoc indignissimum est. Heusing.*

11) Heimliche und offenbare Mörder, Banditen und Strassenräuber. Per abusionem, inquit Quintilianus, *sicarios* etiam omnes vocamus, qui caedem telo quocunque commiserint. *Hotom.*

12) Eo de crimine cognoscentibus. *Manut.*

13) Tanquam hoste deuicto. *Idem.*

14) More victorum, *Idem.* Gleichsam als stolze und mit der Beute ihres besiegten Feindes, des S. Roscius, prangende Sieger. *Ex hoc iud.* praepositionem

commode dicere, neque ſatis grauiter conqueri, neque ſatis libere vociferari poſſe intelligo. Nam commoditati ingenium, grauitati aetas, libertati tempora ſunt impedimento. Huc accedit ſummus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit, et veſtra dignitas, 1) et vis aduerſariorum et Sex. Roſcii pericula. Quapropter vos oro atque obſecro, iudices, vt attente bonaque cum venia 2) verba mea audiatis. Fide ſapientiaque veſtra fretus 3) plus oneris ſuſtuli, quam ferre me poſſe intelligo. Hoc onus ſi vos aliqua ex parte alleuabitis, 4) feram, vt potero, ſtudio et induſtria, iudices: ſin a vobis (id quod non ſpero) 5) deſerar, tamen

nem *ex* addidit Erneſti propter verbum *diſcedant*, quod fere ſic conſtruitur.

1) Cum, apud quos viros dicam, animaduerto. *Commode*, ad ingenium; *grauiter*, ad aetatem; *libere*, ad iniquitatem temporum refertur. Haec enim ſibi obſtare dicit omnia. *Idem.* *Commode:* apte et eleganter. Paullo poſt commoditas eſt elegantia orationis, in welcher die Sache mit redneriſcher Kunſt auf die angemeſſenſte vnd einnehmenſte Art vorgetragen wird. *Libere vociferari* ſeine Freimüthigkeit laut äuſſern.

2) Si quid peccauero, ſi qua in re defecero, propter eas cauſas, quas proxime expoſui. mit gütiger Nachſicht der Mängel. *Idem.*

3) Quia puto, vos pro fide veſtra, iureiurando obſtricta, ſententiam laturos eſſe. *Idem.*

4) Benigne me audiendo. *Idem.*

5) Futurum puto, metuo. *Spero* enim de malis etiam dicitur, quae futura putantur. Virgilius Lib. IV.

men animo non deficiam, et id, quod susce- pi, quoad potero, perferam. Quodsi per- ferre non potero, opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abii- cere, aut propter infirmitatem animi depo-
11 nere. 6) Te quoque magnopere, M. Fanni, quaeso, vt, qualem te iam antea populo Romano praebuisti, cum huic eidem quae- stioni iudex praeesses, 7) talem te et nobis et populo Romano hoc tempore impertias. Quanta

Aen. *Hunc ego si tantum potui sperare dolorem.* Wir gebrauchen im Deutschen das Wort hoffen eben so, von Dingen der Zukunft, die wir fürchten. *Cum fide* i. e. propter opinionem de fide mea. Vid. *Ernesti Clav.*

6) Translationem in eo coeptam: *plus oneris sustuli* etc. multis deinde verbis exornatam, hoc denique conclusit. *Manut.*

7) Fannium iam ante annos decem praeturam gessisse, et hanc quaestionem inter sicarios exercuisse, putat Hotomannus. Manutius autem, non bis praetorem fuisse Fannium, sed ante praeturam, fortasse post aedilitatem, iudicem quaestionis de sicariis fuisse, notat. Praetorem vero et iudicem differre; illum quaesiuisse, hunc iudicasse, hic simul docet. Prae- tor, inquit, non iudicat, sed quaerit de crimine, vnde et *quaesitor* dicitur: contra iudex quaestionis non quaerit, sed iudicat, et quaestioni praeest. Fuit autem iudex quaestionis praetoris vicarius, qui aedi- litate functus huius quaestionis causa de sicariis lege- batur. Ad eius munus pertinebat, tum, vt absente praetore eius vices susciperet; tum, vt datam actio- nem exerceret, iudices sortiretur, testes audiret, ta- bulas inspiceret, quaestiones haberet, et reliqua face-

ret.

Quanta multitudo hominum conuenerit ad hoc iudicium, vides: quae ſit omnium mortalium exſpectatio, quae cupiditas, vt acria ac ſeuera iudicia fiant, intelligis. Longo interuallo 1) iudicium inter ſicarios hoc primum committitur, 2) cum interea caedes indigniſſimae maximaeque factae ſint. Omnes hanc quaeſtionem, 3) te praetore, de manifeſtis maleficiis quotidianoque ſanguine haud remiſſius ſperant futuram. 4) Qua vocifera-
tione

ret, quae praetor fere vel propter dignitatem, vel propter occupationes minus curabat.

1) Temporis, quo caedes a Sullanis et Marianis innumerae factae ſunt, nemo caedis condemnatus eſt, quia intermiſſa fuerunt de ſicariis iudicia: quippe cum dominarentur ii, quorum iuſſu permiſſuue caedes fierent. *Manut.*

2) Gratia et potentia Chryſogoni, Roſcium de medio tollere cupientis. *Committitur* i. e. excercetur. *Committere*, proprie dicitur de re, cuius initium fit, vt *committere proelium*, *ludos*, pro *incipere*. *Inter ſicarios*, pro *de ſicariis*.

3) Tibi hoc anno ſorte datam. Publica iudicia *quaeſtiones* dicuntur, quod in iis reus in iudicium vocatus, nocens ſit, an innocens quaeritur. Sed hoc loco non hoc iudicium de Sex. Roſcio ſignificat, ſed hanc prouinciam, ac muneris publici procurationem, quae praetori ſorte obuenit. Praetores creati in comitiis, ſortiebantur inter ſe prouincias; aliis iuriſdicundi prouincia obueniebat, aliis quaeſtio inter ſicarios, de repetundis, de ambitu, de maieſtate et de peculatu; nam comitiis incertam duntaxat iuriſdictionem accipiebant. *Hotom.*

4) Habitum, exercitum iri. Hoc ſignificat, iudicibus eſſe magnopere laborandum, vt ſeuere iudicent, prop-

stione: in ceteris iudiciis accusatores vti consueuerunt, ea nos hoc tempore vtimur, qui causam dicimus. 5) Petimus abs te, M. Fanni, a vobisque, iudices, vt quam acerrime maleficia vindicetis, vt quam fortissime hominibus audacissimis resistatis, vt hoc cogitetis, nisi in hac causa, qui vester animus sit, ostenderitis, 6) eo prorumpere hominum cupiditatem, et scelus, et audaciam, vt non modo clam, verum etiam hic in foro, ante tribunal tuum, M. Fanni, aute pedes vestros, iudices, inter ipsa subsellia 7)

terea quod hoc iudicio de maleficiis praeteritis, quae antea propter iniquitatem temporum non fuerunt in iudicia vocata, neque vindicata, sint iudicaturi, et sua sententia declaraturi, vtrum velint, licere in ciuitate impune homines occidere, et alia nefaria facinora admittere, necne. Si Sex. Roscium Amerinum absoluent, Chrysogonique gratiam et potentiam negligent, fore, vt scelerati ciues, Capitonis et Magni Rosciorum exemplo deterriti, comprimantur: sin damnabunt, audaces et facinorosos homines existimaturos, omnium nefariorum facinorum licentiam atque impunitatem sibi esse concessam. *Lamb.* Ad *remissius*, h. e. negligentius, subintellige ex cap. 4. *quam antea. Heusing. Quotidiano sangine*, h. e. caedibus quotidianis. *Hot.* Vid. *Ernesti Clav.*

5) i. e. qui rei sumus, die wir angeklagt sind. Worauf sonst bei Gerichte die Ankläger zu dringen pflegen, darauf dringen wir ietzt als Beklagte, nehmlich auf die härteste Bestrafung der Greuelthaten. *Causam dicere* reorum est. *Manut.*

6) Hanc lectionem suasit Ernesti pro vulgari: *ostendetis*, quod per compendiariam scripturam ortum est. *Idem suspicatus* est ante eum etiam Heusingerus.

7) Trina

lia 7) caedes futurae ſint. Etenim quid aliud 13
hoc iudicio tentatur, niſi vt id fieri liceat? Accuſant ii, qui in fortunas huius inuaſerunt: cauſam dicit is, cui praeter calamitatem nihil reliquerunt. Accuſant ii, quibus, occidi patrem Sex. Roſcii, bono fuit: 8) cauſam dicit is, cui non modo luctum mors patris attulit, verum etiam egeſtatem. Accuſant ii, qui hunc ipſum iugulare ſumme cupierunt: cauſam dicit is, qui etiam ad hoc ipſum iudicium cum praeſidio 9) venit, ne hic ibidem ante oculos veſtros trucidetur. 10) Denique accuſant ii, quos populus poſcit: 11) cauſam dicit is, qui vnus relictus ex illorum nefaria caede reſtat. Atque vt facilius intel- 14
ligere poſſitis, iudices, ea, quae facta ſunt, indigniora eſſe, quam haec ſunt, quae dicimus: ab initio, res quemadmodum geſta ſit,
vobis

7) Trina ſubſellia erant, iudicum, reorum, accuſatorum; tribunalia vero praetorum. *Idem.*

8) Cum in eius bona inuaſerint, quod argumento eſt, ab ipſis occiſum eſſe, idque potiſſimum in cauſis quaerendum eſſe, L. Caſſius exiſtimabat. V. Cap. 30. *Idem.*

9) *Praeſidium* ſignificat aduocatorum conſeſſum, quos Cap. I. ſummos oratores hominesque nobiliſſimos apellauit. *Hotom.* Iſt alſo von dem Schutze ſeiner Freunde vnd Aduocaten, die ihn auf das Forum begleiteten, zu verſtehen.

10) Nam aduerſarii eius ad iudicium cum ferro telisque venerant, freti potentia Chryſogoni. *Manut.*

11) Scilicet ad poenam et ſupplicium propter caedes quotidianas. V. *Erneſti Clav.*

1) Ame-

vobis exponemus: quo facilius et huius hominis innocentissimi miserias, et illorum audaciam cognoscere possitis, et reipublicae calamitatem.

6 Sex. Roscius, pater huiusce, municeps Amerinus 1) fuit, cum genere, & nobilitate, et pecunia non modo sui municipii, verum etiam eius vicinitatis facile primus, tum gratia atque hospitiis florens 2) hominum nobilissimorum. Nam cum Metellis, Seruiliis, Scipionibus 3) erat ei non modo hospitium, verum etiam domesticus vsus et consuetudo: quas, vt aequum est, familias, honestatis amplitudinisque gratia nomino. 4) Itaque ex suis omnibus commodis hoc solum filio reliquit. Nam patrimonium domestici praedones 5) vi ereptum possident; fama et vita inno-

1) *Ameria*, municipium in Vmbria. Vnde Amerini. *Municipia* autem dicebantur ciuitates suo iure ac legibus vtentes, quarum ciuibus munera i. e. honores Romae capere licebat; a quo munere capessendo municipes appellati videntur. *Hot.*

2) In Italia, et prouinciis, exterisque nationibus ciues Rom. necessitudinem hospitii contrahere cum aliquo peregrino solebant. *Idem.*

3) *Metellis, Seruiliis*, plebeii generis; *Scipionibus*, patricii. Erant autem hae tres familiae propinquitate coniunctae, Seruilios enim et Scipiones Metellarum filios fuisse, auctor est Cicero post redit. ad Quirites Cap. 5. post redit. in Sen. C. 15. *Manut.*

4) V. Cap. 2. n. 4.

5) Qui Sex. Roscii domum praediaque depraedati sunt, de quibus paullo post commemorabit. *Hotom.*

6) Sul-

innocentis ab hospitibus amicisque paternis defenditur. Hic cum omni tempore nobilitatis 6) fautor fuisset, tum hoc tumultu proximo, 7) cum omnium nobilium dignitas et salus in discrimen veniret, praeter ceteros in ea vicinitate, eam partem causamque 8) opera, studio, auctoritate defendit. Etenim rectum putabat, pro eorum honestate se pugnare, propter quos 9) ipse honestissimus inter suos numerabatur. Posteaquam victoria constituta est, ab armisque recessimus; cum proscriberentur 10) homines, atque ex omni regione caperentur ii, qui aduersarii

6) Sullanarum partium. Nam optimates pro Sulla, plebs et equester ordo pro Mario pugnauit. *Manut.*

7) Dissentiunt inter se Hotomannus et Manutius. Hic eum tumultum putat, qui Cn. Carbone et C. Marii filio Coss. anno V. C. 671. exstitit, quo anno Sulla, caesis aut pulsis Italia inimicis, rerum potitus est. Ille autem intelligit eum, qui fuit ante septennium, quo tempore Cinna et Marius in vrbes recepti omnes aduersariae partis nobiles trucidarunt, Octauio et Merula Coss. Tum enim in Italiae municipia plerique confugerunt. *In discrimen veniret:* propter Marii factionem, qui hostis erat nobilium. *Cellar.*

8) Munit astute viam ad id, quod intendit, proscriptum non fuisse. Soli enim nobilitatis aduersarii a Sulla proscripti sunt. *Hot.*

9) Quibus id debebat, quod erat honestissimus. Cap. 22. §. 63. Intelligit autem, Metellos, Seruilios, Scipiones, qui in Sullae partibus fuerunt. *Manut.*

10) L. Sulla, victor tabulam in foro fixit, in qua scripta erant eorum nomina, quos ad caedem quaeri volebat, eorumque bona publicari: praemio etiam percussori

uerſarii fuiſſe putabantur: erat ille Romae frequens, atque in foro, et in ore omnium quotidie verſabatur: magis vt exſultare victoria nobilitatis videretur, quam timere, ne
17quid ex ea calamitatis ſibi accideret. Erant ei veteres inimicitiae cum duobus Roſciis Amerinis; quorum alterum 11) ſedere in accuſatorum ſubſelliis video, alterum 12) tria huiusce praedia poſſidere audio: quas inimicitias ſi tam cauere potuiſſet, quam metuere ſolebat, viueret. Neque enim, iudices, iniuria metuebat. Nam duo iſti ſunt T. Roſcii, quorum alteri Capitoni cognomen eſt; iſte, qui adeſt, Magnus vocatur: homines eiusmodi: alter 13) plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur; 14) hic autem nuper ſe ad eum laniſtam 15)

cuſſori propoſito. Hi *proſcripti* dicebantur, quaſi *palam ſcripti*. *Hot.*

11) T. Roſcium Magnum, quem infra Sex. Roſcii non modo municipem, ſed etiam cognatum appellat. *Idem.*

12) T. Roſcium Capitonem.

13) Capito, qui aberat.

14) Qui multas caedes commiſit. *Palmas* nominat, quia palmis gladiatores poſt victoriam coronabantur. *Vetus* i. e. peritus, exercitatus. Cap. 10. 14. *Gladiator* per translationem pro ſicario, et qui multos interfecit. Ergo *gladiator plurimarum palmarum*, i. e. qui artem gladiatoriam ſic exercuit, vt multos interfecerit, et victor palmam ſaepenumero reportarit. *Hot.*

ſtam 15) contulit, qui cum ante hanc pugnam 16) tiro eſſet ſcientia, facile ipſum magiſtrum ſcelere audaciaque ſuperauit. 17) Nam 7
cum hic 1) Sex. Roſcius eſſet Ameriae, T. 18
autem iſte Roſcius Romae: cum hic filius aſſiduus in praediis eſſet, cumque ſe, voluntate patris, 2) rei familiari vitaeque ruſticae dediſſet, iſte autem frequens Romae eſſet: occiditur ad balneas Palatinas 3) rediens a coena Sex. Roſcius. Spero ex hoc ipſo 4) non eſſe obſcurum, ad quem ſuſpicio maleficii pertineat: verum id, quod adhuc

15) Magiſtrum gladiatorum. Intelligit autem Capitonem. Cap. 36. *Hic, Magnus, qui adeſt. Contulit:* vt erudiretur ab eo interficiendorum hominum ſcientia. *Manut.*

16) Hanc caedem Sex. Roſcii. *Hot.*

17) Hoc ſignificat: quum de Sex. Roſcii caede conſpiraſſent, ipſe has partes ſuſcepit, et Roſcium interfecit. Nam Romae T. Magnum, cum caedes facta eſt, Capitonem autem Ameriae fuiſſe declarat infra. *Idem.*

1) Pro quo coepi verba facere, cui duobus cum T. Roſciis inimicitias fuiſſe dixi. *Manut.*

2) Non ablegatus ab eo, vt accuſatores obiiciunt, inde parricidii cauſam ſumentes. *Iſte autem eſſet:* iterat idem de Roſcio Magno, vt ſuſpicionem iniiciat eius inſidiarum in vitam Sex. Roſcii; et haec eſt altera cauſa, vnde ſuſpicio naſcitur: prima vero illa, quod Sex. Roſcii inimicus. *Idem.*

3) A loco ſic dictae ſunt balneae Palatinae, quia fuerunt ad Palatinum montem, vel in monte.

4) Quod occiditur Sex. Roſcius, cum inimicus eius T. Roſcius Romae eſſet. *Idem.*

5) Te-

huc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc affinem culpae iudicatote. Occiso Sex. Roscio, primus Ameriam nuntiat Mallius Glaucia quidam, homo tenuis, libertinus, cliens 5) et familiaris istius T. Roscii: et nuntiat domum, non filii, sed T. Capitonis, inimici: et cum post horam primam 6) noctis occisus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit. Decem horis nocturnis sex et quinquaginta millia passuum cisiis 7) per-

5) *Tenuis* i. e. pauper. *Libertinus* idem est, qui libertus: homo e seruo liber factus, et opponitur *ingenuo*. *Libertus* idem est qui libertinus, sed ita dicitur in relatione ad patronum. V. Ernesti Clav. *Cliens*: Romulus, plebeii generis hominibus a Patribus discretis, ne qua inter eos dissensionum materia relinqueretur, instituit, vt quisque homo plebeius, quemcunque ex Patribus vellet, *patronum* sibi diligeret; cuius ipse, quod eum coleret, *cliens* diceretur. Patroni munus erat, clientis absentis aeque ac praesentis, non secus atque parentes liberorum, curam gerere, lites pro eo suscipere etc. *Cliens* vero patronum omni modo iuuare debebat. Vtrisque autem hanc legem imposuit, vt neque inter se accusare, neque aut testimonio, aut suffragio laedere, inimicitiasue exercere possent. *Hot.*

6) Accipe horas inaequales, quae et diurnae et nocturnae duodecim semper fuerunt, dies siue longus esset, siue breuis. *Idem.* Oriente sole numerabatur hora prima diei, et sic porro vsque ad 12. Tum post occasum solis rursum hora prima noctis.

7) *Cisium* ein leichter Wagen mit zwei Rädern, eine Carriole. *Rheda* ein leichter Wagen mit vier Rädern, Kalesche, Chaise.

peruolauit, non modo vt exoptatum inimico
nuntium primus afferret, sed etiam cruorem
inimici quam recentissimum telumque paullo
ante e corpore extractum ostenderet. Qua- 20
triduo, 8) quo haec gesta sunt, res ad Chry-
sogonum in castra L. Sullae Volaterras 9)
defertur: magnitudo pecuniae demonstratur:
bonitas praediorum, (nam fundos decem et
tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tan-
gunt, 10) huius inopia et solitudo comme-
moratur. Demonstrant, cum pater huiusce,
Sex. Roscius, homo tam splendidus et gra-
tiosus, nullo negotio sit occisus, perfacile
hunc hominem, incautum, et rusticum, et
Romae ignotum, de medio tolli posse: ad
eam rem operam suam pollicentur. Ne diu-
tius vos teneam, iudices, societas coitur. 11)
Cum iam proscriptionis mentio nulla fieret, 8
et cum etiam, qui antea metuerant, redi- 21
rent, ac iam defunctos sese periculis arbi-
trarentur: nomen refertur in tabulas Sex.
Roscii, hominis studiosissimi nobilitatis. 1)
Man-

8) Id est, ante quartum diem, quam haec gesta sunt, *Hot.*

9) Oppidum Etruriae. Etrusci autem Mario fauerant, et a Sulla victore ad officium redacti sunt. *Cellar.*

10) Ergo fertiliores, et ideo quoque meliores, quia Romam inde fructus nauigiis deportari poterant. *Idem.*

11) Inter Chrysogonum duosque T. Roscios. *Manut.*

1) Quia a partibus Sullanis steterat Sex. Roscius, cuius bonorum *manceps* i. e. redemtor, sector, tanquam proscripti hominis, factus est Chrysogonus. *Cellar.*

Man-

Manceps ſit Chryſogonus: tria praedia vel nobiliſſima Capitoni propria traduntur, 2) quae hodie poſſidet; in reliquas omnes fortunas iſte T. Roſcius nomine Chryſogoni, quaemadmodum ipſe dicit, impetum facit. Haec bona ſexagies H. S. 3) emuntur duobus millibus nummum. Haec omnia, iudices, imprudente
22 L. Sulla facta eſſe certo ſcio. 4) Neque enim mirum, cum eodem tempore et ea, quae praeterita ſunt, 5) et ea, quae videntur inſtare, praeparet; cum et pacis conſtituendae rationem, et belli gerendi poteſtatem ſolus habeat; cum omnes in vnum ſpectent, vnus omnia gubernet; cum tot tantisque negotiis diſtentus ſit, vt reſpirare libere non poſſit: ſi aliquid non animaduertat: 6) cum praeſertim

Manceps dicitur, quicunque in auctione aliquid emit. Proſcriptorum enim bona auctione conſtituta in foro vendebantur. Quare mancipem modo appellat, quem poſtea *ſectorem*. *Hot.*

2) Id eſt, donantur.

3) V. Cap. 2. Seſtertii nota fuit, LLS. vel etiam IIS, ſignificans, ſeſtertium valere duas libras et ſemiſſem: quae poſteà vulgo in hanc HS, ducta linea tranſuerſa corrupta fuit.

4) Excuſat Sullam, quod non potuerit omnes improbos obſeruare.

5) Subaudiendum eſt ex ſequenti verbo *praeparet* cognatum *reparet*. Saepe. enim vnum verbum duobus nominibus ita adiicitur, vt alterutri tantum conueniat. *Heuſing. Cum eodem tempore-non poſſit:* i. e. cum ſit dictator.

6) Hoc ad ſuperiora referendum: *Neque enim mirum. Idem.*

7) Deſpi-

tim tam multi occupationem eius obseruent,
tempusque aucupentur, vt, simul atque ille
despexerit, 7) aliquid huiuscemodi molian-
tur. Huc accedit, quod, quamuis ille felix
sit, sicut est, 8) tamen in tanta felicitate ne-
mo potest esse, in magna familia qui neminem,
neque seruum, neque libertum improbum 23
habeat. Interea iste T. Roscius, vir optimus,
procurator Chrysogoni, Ameriam venit: in
praedia huius inuadit: hunc miserum, luctu
perditum, qui nondum etiam omnia paterno
funeri iusta 9) soluisset, nudum eiicit domo
atque focis patriis diisque penatibus praecipi-
tem, iudices, exturbat: ipse amplissimae pe-
cuniae 10) sit dominus. Qui in sua re fuis-
set

7) *Despicere* h. l. idem est, quod aliis locis Cicero dicit: *deiicere oculos*, et ab re aliqua auertere, demouere; quod faciunt, qui somno oppressi, oculos demittunt, vel alicui rei attendere desinunt. *Hotom.* et *Ernesti Clav.*

8) Ingens fuit huius felicitas, vt Senatus quoque statuam illi equestrem auratam pro Rostris poneret hoc titulo: L. CORNELIO SVLLAE IMPERATORI FORTVNATO. Vnde FELICIS cognomen. Vell. Paterculus lib. II. cap. XXVII. *Cellar. Potest esse familia:* comma, quod vulgo est post *familia*, delendum putaui, et reponendum post *esse.*

9) *Iusta* dicuntur exsequiae, funus. V. *Gesneri Thesaur.* et *Ernesti Clav. Vir optimus:* ironice, der Ehrenmann. *Procurator Chrysogoni:* Geschäftsträger des Chrys.

10) Pecuniam pro bonis posuit, vt supra Cap. 2. et infra Cap. 9.

11) In-

ſet egentiſſimus, erat, vt ſit, inſolens 11) in aliena. Multa palam domum ſuam auferebat: plura clam de medio remouebat: non pauca ſuis adiutoribus large effuſeque donabat:

11) *Inſolens:* diſſolutus, profuſus, *verſchwenderiſch.* *Egens*, cui *inſolens* opponitur, aeque is eſt, qui non ſatis habet, *arm, dürſtig*, et is, cui nihil ſatis eſſe poteſt, vnd alſo der, welcher aus Beſorgniſs vor künftigem Mangel kargt und ſpart. Verſionem huius capitis, nempe inde ab: *Haec omnia, iudices*, vsque ad finem eius, tironum cauſa, vt et inde diſcant, imprimendam curaui. *Ich bin überzeugt, Richter, daſs L. Sulla von dem Allen keine Kenntniſs hat. Da ſeine Sorgſalt zu gleicher Zeit das Vergangene vnd Zukünſtige umfaſst, da die Wiederherſtellung des Friedens vnd die Fortſetzung des Krieges von ſeiner Einſicht vnd Macht allein abhängt, da die Augen Aller auf ihn gerichtet ſind und er allein das Ruder führt; da er mit ſo vielen vnd wichtigen Geſchäften überhäuft iſt, daſs er kaum frei athmen kann — wie iſt es zu verwundern, wenn ſeinen Blicken eine Sache entgeht, zumal da iede ſeiner Handlungen von ſo vielen beobachtet, vnd auf günſtige Gelegenheit gelauert wird, um, ſobald er nur den Rücken wendet, einen Streich dieſer Art zu unternehmen. Sey auch Sulla wie er es wirklich iſt, der Glückliche, niemand kann es doch in einem ſo hohen Grade ſeyn, daſs er unter einem zahlreichen Gefolge nicht einen ſchlechten Diener, nicht einen ſchlechten Freygelaſſenen haben ſollte. Genug iener T. Roſcius, der Ehrenmann, kommt, als Geſchäſtsträger des Chryſogonus, nach Ameria, bemächtiget ſich der Güter dieſes Angeklagten, wirſt den Unglücklichen, in Trauer verſunkenen, noch mit der Todtenfeier ſeines Vaters beſchäftigten, entblöſst aus dem Hauſe, und iagt ihn von ſeinem*

bat: reliqua, constituta auctione, vendebat. Quod Amerinis vsque eo visum est indignum, 9
vt vrbe tota fletus gemitusque fieret. Ete- 24
nim multa simul ante oculos versabantur: mors hominis florentissimi, Sex. Roscii, crudelissima, filii autem eius egestas indignissima; cui de tanto patrimonio praedo iste nefarius ne iter 1) quidem ad sepulcrum patrium reliquisset: bonorum emtio flagitiosa, flagitiosa possessio, furta, rapinae, donationes. Nemo erat, qui non ardere omnia mallet, quam videre

seinem väterlichen Heerde und von seinen Hausgöttern ohne Schonung in gröster Eil fort; sich selbst, Richter, macht er zum Herrn des grösten Vermögens. Er, der im Besitz seines Eigenthums äusserst dürftig und karg würde gewesen seyn, wird nun, im Besitz eines fremden Gutes, wie es zu gehen pflegt, ein Verschwender: schleppt vieles öffentlich nach seinem Hause, bringt mehreres verstohlen auf die Seite, verschenkt nicht wenig mit verschwenderisch-freygebiger Hand an seine Helfershelfer, und macht den Ueberrest in einer öffentlichen Versteigerung zu Gelde.

1) Ne agrum quidem illum, per quem ad sepulcrum patrium iter erat. Sepulcra tunc in vrbibus non erant, sed in agris. Huc propinqui iter religionis caussa faciebant. Quum autem agrum illum, in quo humatus erat Roscius, T. Magnus possideret, huic Sex. Roscio non licebat ad sepulcrum patrium per fundum alienum transire. *Manut.* et *Hot.* Ceterum inuidiose magis, quam vere hoc dictum videtur iureconsultis: cum iter ad sepulcrum iis etiam concessum fuerit iure, quorum agri venditi, vel publicati essent. *Heusing.* et *Menardus* ad h. l.

videre in Sex. Roſcii, viri optimi atque honeſtiſſimi, bonis iactantem ſe ac dominantem
25 T. Roſcium. 2) Itaque decurionum decretum 3) ſtatim fit, vt decem primi proficiſcantur ad L. Sullam, doceantque eum, qui vir Sex. Roſcius fuerit: conquerantur de iſtorum ſcelere et iniuriis: orent, vt et illius mortui famam, et filii innocentis fortunas conſeruatas velit. Atque ipſum decretum, quaeſo, cognoſcite. DECRETVM DECVRIONVM. Legati in caſtra veniunt: intelligitur, iudices, id, quod iam ante dixi, 4) imprudente L. Sulla ſcelera haec et flagitia fieri. Nam ſtatim Chryſogonus et ipſe ad eos accedit, et homines nobiles allegat iis, 5)

2) Magnum, qui praeter tria praedia, T. Roſcio Capitoni tradita, in reliquas omnes Sex. Roſcii fortunas inuaſerat. *Manut. Ardere omnia* ſc. bona Roſcii. *Jactantem ſe:* addidi cum Erneſti *ſe*, quod vulgo deeſt. Ciceronianae conſuetudini ſimilior ſit oratio, ſi ſic *ſe* interponitur. Orat. II. in Catil. c. 9. §. 20.

3) *Decuriones* erant Senatores coloniarum ac municipiorum, quibus duumuiri plerumque, quaſi conſules, praeerant. Ex horum autem ordine, vt Romae ex Senatorum, magiſtratus creabantur. Itaque decretum decurionum in municipiis eſt, quod Romae ſenatus conſultum. *Hot. Decem primi* non ſunt legationis cauſa creati, vt hic Manutius; ſed erant decem primi decuriones, ceteris omnibus honoratiores, quorum auctoritas in adminiſtranda republ. plurimum valebat. *Graev.*

4) Cap. 8.

5) Id

iis, 5) qui peterent, ne ad Sullam adirent, et omnia Chrysogonum, quae vellent, esse facturum pollicerentur. Vsque adeo autem ille pertimuerat, vt mori mallet, quam de his rebus Sullam doceri. 6) Homines anti- 26
qui, 7) qui ex sua natura ceteros fingerent, cum ille confirmaret, sese nomen Sex. Roscii de tabulis 8) exemturum, praedia vacua filio traditurum: cumque id ita futurum 9) T. Roscius Capito, qui in X. legatis erat, appromitteret, crediderunt: Ameriam re inorata 10) reuerterunt. Ac primo rem differre quotidie ac procrastinare illi coeperunt: deinde aliquanto lentius, nihil agere, atque deludere: postremo (id quod facile intellectum

 est)

5) Id est: submittit ad eos, qui cum iis agant. Tirones obseruant, *legari* homines publice, *allegari* priuatim. *Hotom. Lamb. Ernesti Clav.* Lambinus ita legit: *allegat, ab iis qui peterent*, i. e. qui ab iis peterent.

6) Sullam excusat.

7) Id est: minime callidi, simplices, qui ex suo ingenio alios iudicant, et quoniam ipsi honesti sunt, alios etiam tales putant. Ita Cicero ipse explicat.

8) In quibus erant proscriptorum nomina et occisorum perscripta. *Vacua* autem *praedia* sunt, quorum nemo possessor. *Hot.*

9) *Appromittere* est, id, quod alter promisit, suo quoque nomine promittere. *Heusing.*

10) *Orare:* rem mandatam exponere, de ea agere. *Re inorata* igitur reuertitur, qui mandata non exponit ei, ad quem missus est. Reuerterunt, cum Sullam ne adissent quidem. *Infectis rebus* dicit Cornel. Nep. Milt. 7. *Idem.*

11) Hic

eſt) inſidias vitae huiusce Sex. Roſcii parare, neque ſeſe arbitrari poſſe diutius alienam pecuniam, domino incolumi, obtinere. Quod
27 is ſimulatque ſenſit, de amicorum cognatorumque ſententia Romam conſugit, et ſeſe ad Caeciliam, Nepotis filiam, 1) quam honoris cauſa nomino, contulit, qua pater vſus erat plurimum: in qua muliere, iudices, etiam nunc, id quod omnes ſemper exiſtimauerunt, quaſi exempli cauſa, 2) veſtigia antiqui officii remanent. Ea Sex. Roſcium inopem, eiectum domo atque expulſum ex ſuis bonis, fugientem latronum tela et minas, recepit domum, hoſpitique 3) oppreſſo iam, deſperatoque ab omnibus, opitulata eſt. Eius vir-

1) Hic iam nolumus eſſe longi in enarrandis criticorum ſententiis; ſed mittimus lectores ad Hotomannum, Manutium, Erneſti Clauem, tanquam ad fontes, vnde hauriant. Sed ſi quis quaerat ex nobis, quid hac de re ſentiamus; lectionem: *Nepotis ſororem*, vel *Balearici filiam*, optimam nobis videri fatemur. V. cap. 50. In vtroque loco ne iſta *Nepotis filiam* et infra *Balearici filia*, *Nepotis ſorore* ſint a gloſſatoribus veretur Erneſti: nec opus erat in tali narratione iſta elogia addi, praeſertim iterum.

2) Gleichſam für andere in Erfüllung der Freundſchafts-Pflichten zum Muſter, vt quaſi teſtimonio ſit, olim fuiſſe homines tanto officio et probitate praeditos. *Hot.*

3) Supra dixit, Sex. Roſcio patri hoſpitii neceſſitudinem fuiſſe cum Metellis, ex quorum familia Caecilia. *Deſperatoque ab omnibus* h. e. ei, de quo ſeruando omnes deſperauerunt. *Idem.*

4) Vt

virtute, fide, diligentia factum est, vt hic potius viuus in reos, quam occisus in proscriptos referretur. 4) Nam postquam illi intellexerunt, summa diligentia vitam Sex. Roscii custodiri, neque sibi vllam caedis faciundae potestatem dari; consilium ceperunt, plenum sceleris et audaciae, vt nomen huius de parricidio deferrent; vt ad eam rem aliquem accusatorem veterem compararent, qui de ea re posset dicere aliquid, in qua re nulla subesset suspicio; 5) denique vt, quoniam crimine non poterant, tempore 6) ipso pugnarent. Ita loqui homines: QUOD IUDICIA TAMDIU 7) FACTA NON ESSENT, CONDEMNARI EUM OPORTERE; QUI PRIMUS 8) IN IUDICIUM ADDUCTUS ESSET: huic autem patronos propter Chrysogoni gratiam defuturos: de bonorum venditione, et de ista societate 9) verbum esse facturum neminem:

4) Vt pater eius, quem non proscriptum occiderant, occisum in proscriptorum numerum retulerunt. *Idem.*

5) Qui de re, crimine, cuius nulla suspicio esset, aliquid dicere posset: qui reum, ne suspicionibus quidem haerentem, fictis argumentis premeret. *Heusing.*

6) Temporis opportunitate ad opprimendum innocentem vterentur. Occasione temporis, quod hic longo interuallo primus de parricidio causam dicat. *Heusing. Manut.*

7) Propter bella ciuilia. *Manut.*

8) Non primus ex quocunque crimine, sed primus de parricidio. Cap. 5. *Idem.*

9) Inter Chrysogonum, Capitonem et Magnum, qui Sex. Roscii fortunas inter se diuiserant. Idem.

10) i. e.

minem: ipso nomine parricidii, et atrocitate criminis fore; vt hic nullo negotio tolleretur, cum ab nullo defensus esset. Hoc consilio, atque adeo hac amentia, impulsi, quem ipsi, cum cuperent, non potuerunt occidere, eum iugulandum 10) vobis tradiderunt.

II Quid primum querar? aut vnde potissi-
29 mum, iudices, ordiar? aut quod, aut a quibus auxilium petam? Deorumne immortalium? populine Romani? vestramne, qui summam potestatem habetis, hoc tempore
30 fidem implorem? Pater occisus nefarie, domus obsessa, ab inimicis bona adempta, possessa, direpta: filii vita infesta, saepe ferro atque insidiis appetita. Quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur? tamen haec aliis nefariis cumulant atque adaugent: crimen incredibile confingunt: testes in hunc et accusatores huiusce pecunia comparant: hanc conditionem misero ferunt, vt optet, 1) vtrum malit ceruices Roscio 2) dare, an insutus in culleum, 3) supplicium parricidarum, per

10) i. e. Condemnandum, neci addicendum. Sed inuidioso verbo vti maluit, oratorie. *Hot.*

1) *Optare* est eligere vnum e duobus. Hinc *optio:* potestas eligendi. Iniuria ergo Grutero suspecta sunt haec verba.

2) Magno, quem supra gladiatorem nominauit, et insidias vitae huiusce Sex. Roscii parasse dixit. *Hot.*

3) De supplicio parricidarum cognoscent lectores C. 25. *Supplicium parricidarum:* nihil verius, coniectura Hotomani, quam merito probauit Lambinus, haec verba

per ſummum dedecus vitam amittere. Patro-
nos huic defuturos putauerunt: deſunt. 4)
Qui libere dicat, qui cum fide defendat, id
quod in hac cauſa eſt ſatis, quoniam quidem
ſuſcepi, 5) non deeſt profecto, iudices. Et 31
forſitan in ſuſcipienda cauſa temere, impulſus
adoleſcentia, fecerim: 6) quoniam quidem
ſemel ſuſcepi, licet hercules vndique omnes
in me terrores periculaque impendeant om-
nia, ſuccurram atque ſubibo. Certum eſt de-
liberatumque, quae ad cauſam pertinere ar-
bitror, omnia non modo dicere, verum
etiam libenter, audacter, libereque dicere.
Nulla res tanta exiſtet, iudices, vt poſſit
vim mihi maiorem adhibere metus, quam fi-
des. 7) Etenim quis tam diſſoluto animo 32
eſt, 8)

verba a ſtudioſo quopiam ad marginem eſſe poſita, et librarii errore in textum tandem irrepſiſſe. Hinc eiecit ea Erneſti.

4) Quia metu tacent, cum tamen aduocati adſint. Se autem, qui adhuc adoleſcens eſſet, modeſte patronorum numero non adiungit. *Manut.*

5) *Quoniam quidem ſuſcepi:* Haec verba abundare putat Heuſingerus: quae ex iis, quae proxime ſequuntur, huc translata eſſe videntur.

6) *Fecerim:* modus potentialis, für feciſſe videor.

7) Fidei vis apud me maior eſt, quam earum rerum, quae metum afferre videantur. *Idem. Fides,* das Gefühl der Pflicht. *Exiſtet,* alii *exiſtat,* quod eſt: exiſtere vel incidere poſſit, ſoll vnd kann ſich von ſolcher Wichtigkeit für mich ereignen. Hoc praeferendum, eſtque Graeco modo dictum: οὐδέν τοι τόσον γίνοιτο.

8) Tam

est, 8) qui haec cum videat, tacere ac negligere possit? patrem meum, cum proscriptus non esset, iugulastis: occisum in proscriptorum numerum retulistis: me domo mea per vim expulistis: patrimonium meum possidetis. Quid vultis amplius? etiamne ad subsellia cum ferro atque telis venistis, vt hic aut iu-
12 guletis, aut condemnetis Sex. Roscium? Ho-
33 minem longe audacissimum nuper habuimus in ciuitate C. Fimbriam, 1) et, quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniunt, insanissimum. Is cum curasset in funere C. Marii, 2) vt Q. Scaeuola 3) vulneraretur, vir sanctissimus atque ornatissimus ciuitatis: (de cuius laude neque hic locus est, vt multa dicantur, neque plura tamen dici possunt, quam populus Romanus memo-

8) *Tam dissoluto animo*: so leichtsinnig. Catil. I. c. 2. §. 4. *Videat* h. e. audiat. Referenda haec sunt ad ea, quae deinde sequuntur; *patrem meum* etc. quae sunt prosopopoeia Roscii.

1) Eius filium, qui cum C. Mario consul fuerat. *Idem.* Narrat etiam Val. Maxim. lib. IX. cap. 11. quidquid de Fimbriae audacia habet Cicero. *Cellar.*

2) Qui septimi sui consulatus primo mense decessit. *Manut.*

3) Pontifex M. qui consul fuerat cum L. Crasso. In funere Marii vulneratus, triennio vero post, Carbone et Mario Coss. in vestibulo aedis Vestae trucidatus est iussu L. Damasippi praetoris. Cic. de nat. deor. lib. III. cap. 32. Vell. Pat. Lib. II. c. 26. *Hot.* *Vir sanctissimus:* der unbescholtenste, in Erfüllung seiner Pflichten gewissenhafteste Mann.

4) *Diem*

memoria retinet:) diem Scaeuolae dixit, 4) posteaquam comperit, eum posse viuere. Cum ab eo quaereretur, quid tandem accusaturus esset eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset: aiunt, hominem, vt erat furiosus, respondisse, quod non totum telum corpore recepisset. 5) Quo 6) populus Romanus nihil vidit indignius, nisi eiusdem viri mortem, quae tantum potuit, vt omnes ciues suos perdiderit et afflixerit: quos quia seruare per compositionem volebat, ipse ab iis interemtus

4) *Diem dicere* i. e. ad populum accusare, priuati hominis non erat, sed proprie tribunorum plebis: quo tum in magistratu Fimbriam fuisse, ex hoc coniicit Manutius. Idem scribit Val. Max. lib. IX. cap. 11.

5) *Quod non-recepisset:* weil er sich nicht den ganzen Dolch in seinen Leib hätte stoßen lassen. *Recipere telum* siue *ferrum* est dictio solemnis in pugna gladiatorum. *Quid tandem:* warum in aller Welt. *Commode:* eleganter.

6) Fimbriae facto. *Afflixerit:* pacis auctore interfecto. Mortem enim eius secuta est proscriptio, et magna ciuium caedes, cum ille viuus forte composuisset conditionibus intestina haec bella, et sic ciues seruasset. Sane hoc studebat. Illo extincto spes compositionis erat quoque extincta. *Manut.* et *Graeuius.* Ernesti aliam suadet lectionem; verba haec esse loco mota suspicatur, eaque reponit post: *quam populus romanus memoria retinet, - -* sic: *qui nihil vidit indignius* etc. Ego autem non video, quae necessitas virum hunc ad vulgarem lectionem mutandam cogat. Mihi omnia bene cohaerere videntur, et Graeuium Hotomanno satis bene occurrisse puto.

7) Pro-

34 tus est. Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriae non simillimum? 7) Accusatis Sex. Roscium. Quid ita? quia de manibus vestris effugit: quia se occidi passus non est. Illud, quia in Scaeuola factum est, magis indignum videtur; hoc, quia fit a Chrysogono, num est ferendum? 8) Nam, per deos immortales, quid est in hac causa, quod defensionis indigeat? qui locus ingenium patroni requirit, aut orationis eloquentiam magnopere desiderat? Totam causam, iudices, explicemus, atque ante oculos expositam consideremus. Ita facillime, quae res totum iudicium contineat, 9) et quibus de rebus nos dicere oporteat, et quid vos sequi conueniat, 10) intelli-

7) Pro: Nonne est hoc Fimbriae simillimum? *Manut.*

8) *Num est ferendum?* In vetere lectione *non est f.* commodus sensus non est. Hotomannus et Gruterus negationem in *num* commutant, vt cum interrogandi nota legatur: *num est ferendum?* Ita bella ironia est in his, *quia fit a Chrysogono.* Nam sane voluit dicere, non propterea esse hoc ferendum, quod Chrysogonus faciat, etsi in homine fiat, qui longe minor Scaeuola sit. Jene That scheint allerdings, weil sie an dem Scävola begangen worden ist, noch verwegener zu seyn: aber soll man denn diese deswegen, weil sie Chrysogonus begeht, ertragen?

9) Quod caput sit iudicii, quid praecipuum, de quo iudicandum. Nam *continere* aliquid dicitur, quod est in eo summum et praecipuum, plurimum valet, in quo rei summa est. *Heusing.* et *Ernesti Clav.*

10) Quibus rationibus adducti Sex. Roscium absoluere debeatis. *Heusing.*

1) *Cri-*

telligetis. Tres ſunt res, quantum ego exi- 13
ſtimare poſſum, quae obſtent hoc tempore 35
Sex. Roſcio: crimen 1) aduerſariorum, et audacia, et potentia. Criminis confictionem accuſator Erucius ſuſcepit: audaciae partes Roſcii 2) ſibi popoſcerunt. Chryſogonus autem, is, qui plurimum poteſt, potentia pugnat. De hiſce omnibus rebus me dicere
oportere intelligo. Quid igitur eſt? 3) non 36
eodem modo de omnibus: ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet; duas autem reliquas vobis populus Romanus impoſuit. Ego crimen oportet diluam: vos et audaciae reſiſtere, et hominum eiusmodi perniciosam atque intolerandam potentiam primo quoque tempore exſtinguere atque opprimere debetis.

Occidiſſe patrem Sex. Roſcius arguitur. 37
Sceleſtum, dii immortales, ac nefarium facinus, atque eiusmodi, quo vno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe 4) videantur. Etenim ſi, (id quod praeclare a ſapien-

1) *Crimen* dicitur pro *criminatione*, vt alibi frequentiſſime. *Hotom.*

2) Capito, et Magnus. *Manut.*

3) Hotomannus et Paſſeratius putarunt, ordinem eſſe perturbatum, reponique debere: *quid igitur eſt?* poſt *impoſuit.* Heuſingerus haec verba, quaſi ſuperuacanea, vncis incluſit.

4) *Complexa* paſſive, pro *comprehenſa.*

ſapientibus dicitur,) vultu 5) ſaepe laeditur pietas: quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet, iura diuina atque humana cogebant? In hoc tanto, tam atroci, tam ſingulari maleficio, quod ita raro exſtitit, vt, ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigii 6) ſimile numeretur: quibus tandem te, C. Eruci, argumentis accu-
38 ſatorem cenſes vti oportere? Nonne et audaciam eius, qui in crimen vocetur, ſingularem oſtendere, et mores feros immanemque naturam, et vitam vitiis flagitiisque omnibus deditam, et denique omnia ad perniciem profligata atque perdita? quorum tu nihil in Sex. Roſcium, ne obiiciendi quidem cauſa, 7) contuliſti.

14 Patrem occidit Sex. Roſcius. Qui homo?
39 Adoleſcentulus corruptus, et ab hominibus nequam 1) inductus? annos natus magis quadra-

5) Vultu importuno, qualis eſſe ſolet indignantium. Nam *vultus* ſermo quidam tacitus mentis eſt. *Hot.* *Jura diuina atque humana* natürliche und poſitive Geſetze.

6) *Portenta, monſtra, prodigia* ſunt, quae noua et inſolita in extis, aëre, coelo, terra, hominum pecudumque conceptu et ſatu obſeruantur; quod ea aliquid mali *portendere, monſtrare, predicere* putabantur. De nat. deor. Lib. II. cap. 3. *Heuſing.*

7) Nedum vt iis argumentis parricidium probare conareris. *Manut.*

1) Luxurioſis, prodigis. Contrarium eſt *homo frugi. Heuſing. Qui homo?* für: qualis oder quis?

2) Grae-

draginta. 2) Vetus videlicet sicarius, homo audax, et saepe in caede versatus. At hoc ab accusatore ne dici quidem audistis. Luxuries igitur hominem nimirum, et aeris alieni magnitudo, et indomitae animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt. De luxuria purgauit Erucius, cum dixit, hunc ne in conuiuio quidem vllo fere interfuisse. Nihil autem vmquam debuit. Cupiditates porro quae possunt esse in eo, qui (vt ipse accusator obiecit) ruri semper habitarit, et in agro colendo vixerit? quae vita maxime disiuncta a cupiditate, et cum officio coniuncta. Quae res igitur tantum istum furorem Sex. Roscio obiecit? Patri, inquit, non placebat. Patri non placebat? quam ob caussam? necesse est enim, eam quoque iustam, 3) et magnam, et perspicuam fuisse. Nam, vt illud incredibile est, mortem oblatam esse patri a filio sine plurimis et maximis causis: sic hoc verisimile non est, odio fuisse parenti filium sine causis

2) Graeuius negat, latine dici, *annos magis quadr.* et Ernesti exemplum aliud non occurrit. At recte dicitur *annos amplius quadr. Magis* est pro magis, h. e. amplius, quam. Alii pro *magis* habent *maior*, Quae lectio si vera est, ordo verborum erit, *maior*, quam *natus* ante *annos quadraginta.* Cornel. Nep. de regib. Cap. II. *Idem. Vetus videlicet sicarius*: doch wohl ein geübter Bandit.

3) Vt filio, cur patri mortem obtulerit, sic patri, cur filium non amaret, caussam fuisse iustam, magnam, perspicuam, necesse est. *Manut.*

41 causis multis, et magnis, et necessariis. Rursus igitur eodem reuertamur, et quaeramus, quae tanta vitia fuerint in vnico 4) filio, quare is patri displiceret. At perspicuum est, nullum fuisse. Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa, quem procrearat. At is quidem fuit omnium constantissimus. 5) Ergo illud iam perspicuum profecto est, si neque amens pater, neque perditus 6) filius fuerit; neque odii causam patri, neque sceleris filio
15 fuisse. Nescio, inquit, quae causa odii fue-
42 rit: fuisse odium intelligo: quia antea, cum duos filios haberet, illum alterum, qui mortuus est, secum omni tempore volebat esse, hunc in praedia rustica relegarat. Quod Erucio accidebat 1) in mala nugatoriaque accusatione, idem mihi vsu venit in causa optima. Ille, quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat: ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam reperire non
43 possum. Quid ais, Eruci? tot praedia, tam pulcra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo, relegationis ac supplicii gratia, colenda ac tuenda tradiderat? Quid hoc? Patresfamilias, qui

4) Pro *vno*, alterum enim amiserat Cap. 15.

5) *Constantissimus:* der vernünftigste, überlegendste Mann, qui vel maxime sibi constabat animo, nec leuioribus causis, vt eum, quem genuerat, non amaret, adduci poterat.

6) Luxuriosus, luxuria et inopia perditus. *Heusing.*

1) Quum Roscium accusaret. *Idem.*

2) Eque-

qui liberos habent, praesertim homines illius
ordinis 2) ex municipiis rusticanis, nonne
optatissimum sibi putant esse, filios suos rei
familiari maxime seruire, et in praediis co-
lendis operae plurimum studiique consumere?
An amandarat hunc sic, vt esset in agro, ac 44
tantummodo aleretur ad villam? 3) vt com-
modis omnibus careret? Quid, si constat,
hunc non modo colendis praediis praefuisse,
sed certis fundis, patre viuo, frui solitum
esse? tamenne haec attenta 4) vita et rusti-
cana, relegatio atque amandatio appellabi-
tur? Vides, Eruci, quantum distet argumen-
tatio tua ab re ipsa atque a veritate. Quod
consuetudine patres faciunt, id quasi nouum
reprehendis: quod beneuolentia fit, id odio
factum criminaris: quod honoris causa pater
filio suo concessit, id eum supplicii causa fe-
cisse dicis. Neque haec tu non intelligis; 45
sed vsque eo, quod arguas, non habes, 5)
vt non modo tibi contra nos dicendum pu-
tes, verum etiam contra rerum naturam,
con-

2) Equestris, Qui enim extra vrbem viuebant equites Rom. *in municipiis rusticanis*, filios rem familiarem administrare voluerunt. *Cellar.*

3) *Ad villam*, pro, *in villa*. *Idem.*

4) Frugalis, parca, augendae rei domesticae dedita. *Manut.* Vult dicere: tune hanc frugalem, quaestitiae attentam vitam, quae ruri iucundissime degitur, relegationem vocabis? *Heusing.*

5) *Vsque-habes:* adeo nihil, quod arguas, habes; tanta tibi est criminum inopia.

1) In-

contraque consuetudinem hominum, contra-
16que opiniones omnium. At enim, cum duos filios haberet, alterum a se non dimittebat, alterum ruri esse patiebatur. Quaeso, Eruci, vt hoc in bonam partem accipias. Non enim exprobrandi causa, sed commonendi gratia
46dicam. Si tibi fortuna non dedit, vt patre certo nascerere, 1) ex quo intelligere posses, qui animus patrius in liberos esset: at natura certe dedit, vt humanitatis non parum haberes. Eo accessit studium doctrinae, vt ne a litteris quidem alienus esses. Ecquid tandem tibi videtur, vt ad fabulas 2) veniamus, senex ille Caecilianus 3) minoris facere Eutychum, filium rusticum, quam illum alterum, Chaerestratum? (nam, vt opinor, hoc nomine est.) alterum in vrbe secum honoris causa habere? alterum rus supplicii causa relegasse?
47Quid ad istas ineptias abis? inquies. Quasi vero

1) Infamiam matris Erucii significat, eumque non obscure spurium vocat. *Certum* enim *patrem* dicuntur *habere*, quorum matres castae pudicaeque fuere. *Cellar*. V. *Ernesti Clav.* Hat auch dein Unglück es gewollt, daſs dir dein *wahrer Vater* ein Räthsel blieb. *Humanitatis non parum*: nicht wenig menschliches Gefühl.

2) Comicas intelligit: q. d. vt exemplum e comoediis, quae notae sunt, arcessam. *Cellar.*

3) Quem Caecilius, Insuber Gallus, poëta comicus induxit. *Manut.* Jener Alte in einer Comödie beim Cäcilius.

4) I. e.

vero mihi difficile ſit, quamuis multos 4) nominatim proferre (ne longius abeam) vel tribules, 5) vel vicinos 6) meos, qui ſuos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas aſſiduos 7) eſſe cupiunt. Verum homines notos ſumere, odioſum eſt, cum et illud incertum ſit, velintne hi ſeſe nominari: et nemo vobis magis notus futurus ſit, quam eſt hic Eutychus: et certe ad rem nihil interſit, vtrum hunc ego comicum adoleſcentem, an aliquem ex agro Veiente 8) nominem. Etenim haec conficta arbitror a poëtis eſſe, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamque imaginem noſtrae vitae quotidianae videremus. Age nunc, refer animum, ſis, ad ve- 48
ritatem, 9) et conſidera, non modo in Vmbria, atque in ea vicinitate, ſed in his veteribus municipiis, quae ſtudia a patribusfamilias maxime laudentur. Iam profecto te intelliges, inopia criminum, ſummam laudem

Sex.

4) I. e. quantumuis multos, plurimos. Vid. *Schwarzius* ad *Horat. Turſell.*

5) Qui ſunt meae tribus. *Cellar.*

6) Arpinates. Cicero enim Arpinas fuit. *Idem.*

7) Qui ſemper verſantur ruri in agris colendis.

8) *Veii* Etruriae urbs olim clariſſima. *Idem.* Vnde *Veiens ager;* et *Veientes,* populus Etruriae, cuius caput Veii. *Comicum:* in comoedia adumbratum.

9) *Veritas* opponitur fictis perſonis. Itaque veram rei rationem ſibi proponere iubet in iis, quos ipſe nouit, in veris perſonis. *Sis,* pro: *ſi vis,* comicorum more. *Heuſing.*

17 Sex. Roſcio vitio et culpae dediſſe. At non modo hoc patrum voluntate liberi faciunt; ſed permultos et ego noui, et, niſi me fallit animus, vnusquisque veſtrum, 1) qui et ipſi incenſi ſunt ſtudio, quod ad agrum colendum attinet: vitamque hanc ruſticam, quam tu probro et crimini putas eſſe oportere, et honeſtiſſimam et ſuauiſſimam eſſe arbitrantur.
49 Quid cenſes hunc ipſum Sex. Roſcium, quo ſtudio, et qua intelligentia eſſe in ruſticis rebus? Vt ex his propinquis eius, hominibus, honeſtiſſimis, audio, non tu in iſto artificio accuſatorio callidior 2) es, quam hic in ſuo. Verum, vt opinor, quoniam ita Chryſogono videtur, 3) qui huic nullum praedium reliquit, et artificium 4) obliuiſcatur, 5) et ſtudium deponat, licebit. Quod tametſi miſerum et indignum eſt; feret tamen aequo animo, iudices, ſi per vos vitam et famam poteſt obtinere. Hoc vero eſt, quod ferri non poteſt; ſi et in hanc calamitatem venit propter

1) Scilicet *permultos nouit.*

2) Peritior, exercitatior. Supra veterem accuſatorem vocauit. *Manut.*

3) Amare in Chryſogoni potentiam. *Idem.*

4) Quo excellit in agro colendo, agri colendi ſcientiam. *Idem.*

5) Quia deeſt ei fundus, vbi excerceat artem. *Cellar.* *Et artificium - licebit:* kann nur immerhin ſowohl ſeine erlangten Kenntniſſe im Ackerbau vergeſſen, als auch die Luſt dazu ſich aus dem Sinne ſchlagen. *Aliis* ſo wie *ſibi* der datiuus commodi.

6) Gra-

ter praediorum bonitatem et multitudinem, et, quod ea studiose coluit, id erit ei maxime fraudi: vt parum miseriae sit, quod aliis coluit, non sibi, nisi etiam, quod omnino coluit, crimini fuerit. Nae 1) tu, Eruci, 18
accusator esses ridiculus, si illis temporibus 50
natus esses, cum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. Etenim, qui praeesse agro colendo flagitium putes, profecto illum Atilium, 2) quem sua manu spargentem semen, qui missi erant, 3) conuenerunt, hominem turpissimum, atque inhonestissimum iudicares. At hercule maiores nostri longe aliter et de illo et de ceteris talibus viris 4) existimabant. Itaque ex minima tenuissimaque republica maximam et florentissimam nobis reliquerunt. Suos enim agros studiose colebant, non alienos cupide appetebant; 5) quibus rebus, et agris, et vrbibus, et nationibus, rempublicam atque hoc imperium et populi Romani nomen auxerunt. Neque ego haec 51

1) Grauiter affirmantis est, et fere pronomini praeponitur. Orat. in Catil. II. cap. 3. *Nae illi vehementer errant* etc. V. *Schwartz.* ad *Tursell.* *Cap. CXL.*

2) Qui primus a serendo Serranus dictus est. De eo Valer. Max. Lib. IV, cap. 4.

3) Vt eum consulem esse factum nunciarent. *Manut.*

4) e. g. de L. Quintio Cincinnato. De Senect. C. XVI. *Ex minima - nobis reliquerunt;* sie hinterließen uns einen so mächtigen und blühenden Staat, der ursprünglich so klein und unbedeutend gewesen war.

5) Vt Chrysogonus et Roscii.

eo profero, quo conferenda sint cum hisce, de quibus nunc quaerimus: sed vt illud intelligatur, cum apud maiores nostros summi viri, clarissimique homines, qui omni tempore ad gubernacula reipublicae sedere debebant, tamen in agris quoque colendis aliquantum operae temporisque consumserint; ignosci oportere ei homini, qui se fateatur esse rusticum, cum ruri assiduus semper 6) vixerit: cum praesertim nihil esset, quod aut patri gratius, aut sibi iucundius, aut re vera
52 honestius facere posset. Odium igitur acerrimum patris in filium ex hoc, opinor, ostenditur, Eruci, quod hunc ruri esse patiebatur. Numquid est aliud? Immo vero, inquit, est. Nam istum exheredare in animo habebat. Audio: nunc dicis aliquid, quod ad rem pertineat. Nam illa, opinor, tu quoque concedis leuia esse atque inepta. Conuiuia cum patre non inibat: quippe qui non in oppidum quidem, nisi perraro, veniret. Domum suam istum non fere quisquam vocabat: 7) nec mirum, qui neque in vrbe viueret, neque
[19 reuocaturus esset. 8) Verum haec quoque tu
53 intelligis esse nugatoria. Illud, quod coepimus,

6) *Semper* glossam olet. Pro *cum* Vrsinus maluit *qui*, quia statim sequitur *cum*.

7) Ad conuiuium inuitabat. *Non fere*, i. q. non facile. Es lud ihn nicht leicht iemand zu sich zu Tische.

8) *Reuocare* significat *inuitare eum ad conuiuium, a quo ante excepti sumus.* V. *Ernesti Clav.* Rationes affert duas, cur non inuitaretur in vrbe; quia sc. ibidem

mus, videamus; quo certius argumentum odii reperiri nullo modo potest. Exheredare pater filium cogitabat. Mitto quaerere, qua de causa; quaero, qui scias: tametsi te dicere atque enumerare causas omnes oportebat; et id erat certi 1) accusatoris officium, qui tanti sceleris argueret; explicare omnia vitia atque peccata filii, quibus incensus parens potuerit animum inducere, vt naturam ipsam vinceret, vt amorem illum penitus insitum eiiceret ex animo, vt denique patrem esse sese obliuisceretur; quae sine magnis huiusce 2) peccatis accidere potuisse non arbitror. Verum concedo tibi, vt ea prae- 54
tereas, quae, cum taces, nulla esse concedis. Illum quidem voluisse exheredare, certe tu planum facere debes. Quid ergo affers, quare id factum putemus? Vere nihil potes dicere. Finge aliquid saltem commode, vt ne plane videaris id facere, quod aperte facis, huius miseri fortunis, et horum, 3) virorum talium dignitati illudere. Exheredare filium voluit. Quam ob causam? Nescio. Exheredauitne? Non. Quis prohibuit? Cogitabat. Cogitabat? Cui dixit? Nemini. Quid est aliud,

dem non viuebat, et non erat iterum mox conuiuio excepturus inuitatores suos. *Grut.*

1) *Certus accusator* est *fide dignus*, cui merito credas, quia certis argumentis accusationem suam probat.

2) Filii, qui nunc reus est. *Manut.*

3) Scilicet iudicum. *Commode*, was sich hören läßt.

aliud, iudicio ac legibus, ac maiestate vestra abuti ad quaestum atque ad libidinem, nisi hoc modo accusare, atque id obiicere, quod planum facere non modo non possis, verum
55 ne coneris quidem? Nemo nostrum est, Eruci, quin sciat, tibi inimicitias cum Sex. Roscio nullas esse: vident omnes, qua de causa huic inimicus venias: sciunt, huiusce pecunia 4) te adductum esse. Quid ergo est? ita tamen quaestus te cupidum esse oportebat, vt horum existimationem et legem Rem-
20 miam 5) putares aliquid valere oportere. Accusatores multos esse in ciuitate vtile est, vt metu contineatur audacia: verum tamen hoc ita est vtile, vt ne plane illudamur ab accusatoribus. Innocens est quispiam: verumtamen, quamquam abest a culpa, suspicione tamen non caret: tametsi miserum 1) est, tamen,

4) T. Roscii Magni, vt Hotomanno videtur. Heusingerus vero subintelligit Sex. Roscium reum, et prouocat ad Cap. 11. vbi Cicero: *Testes in hunc et accusatores huiusce pecunia comparant.*

5) Pro quo vulgg. edd. *Memmiam* habent. Quo anno et quo auctore lata sit, non constat. Opposita autem fuit impudentiae calumniatorum, ne liceret quemuis vel absentem, quamdiu reip. causa abesset, vel innocentem impune accusare, eique molestiam creare sine causa. Val. Max. lib. III. cap. VII. 9. *Cellar.* Vid. etiam *Ernesti Clav.* *Quid ergo est?* sc. mirum, Erucium tam peruerse in hac causa agere. *Ita*: nur in so weit.

1) Innocentem accusari. *Manut.*

1) *Verum-*

men 2) ei, qui hunc accuſet, poſſim aliquo
modo ignoſcere. Cum enim aliquid habeat,
quod poſſit criminoſe ac ſuſpicioſe 3) dicere,
aperte ludificari et calumniari ſciens non vi-
deatur: Quare facile omnes patimur, eſſe 56
quamplurimos accuſatores: quod innocens,
ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt; nocens, niſi
accuſatus fuerit, condemnari non poteſt. Vti-
lius eſt autem abſolui innocentem, quam no-
centem cauſam non dicere. 4) Anſeribus 5)
cibaria publice locantur, et canes aluntur in
Capitolio, 6) vt ſignificent, ſi fures vene-
rint. At fures internoſcere non poſſunt: ſig-
nificant tamen, ſi qui noctu in Capitolium ve-
nerint, et, quia id eſt ſuſpicioſum, tametſi
beſtiae ſunt, tamen in eam partem potius pec-
cant, quae eſt cautior. Quodſi luce quoque
canes latrent, cum deos ſalutatum aliqui ve-
nerint: opinor, iis crura ſuffringantur, quod
acres ſint etiam tum, cum ſuſpicio nulla ſit.
Simil-

2) *Verumtamen-tamen*: rarior pleonaſmus, et crebra iteratio particulae *tamen* notabilis. *Heuſing.*

3) Ad commouendam in iudicum animis ſuſpicionem. *Manut.* Was er als Verbrechen und verdachterregend darſtellen kann.

4) Non accuſari, non condemnari. *Heuſing.*

5) Quorum clangore noctu adſcendentes in Capitolium Galli proditi ſunt. Liu. lib. V. c. 47. *Manut.*

6) Hoc nulla traditur hiſtoria: contra potius, dormiſſe eos, legimus, cum, Gallis adſcendentibus, anſerum clangore vigiles excitati ſint. *Idem. In eam-cautior*: ſie fehlen lieber auf der ſichereren Seite.

57 Simillima eſt accuſatorum ratio. Alii veſtrum anſeres ſunt, qui tantummodo clamant, nocere non poſſunt; alii canes, qui et latrare, et mordere poſſunt. Cibaria 7) vobis praeberi videmus: vos autem maxime debetis in eos impetum facere, qui merentur; hoc populo gratiſſimum eſt: deinde ſi voletis, etiam tum, cum veriſimile erit, aliquem commiſiſſe, in ſuſpicione latratote; id quoque concedi poteſt. Sin autem ſic agetis, 8) vt arguatis aliquem patrem occidiſſe, neque dicere poſſitis, aut quare, aut quomodo, ac tantummodo ſine ſuſpicione latrabitis: crura quidem vobis nemo ſuffringet; 9) ſed ſi ego hos 10) bene noui, litteram illam, 11) cui vos vsque eo inimici eſtis, vt etiam alias omnes 12) oderitis, ita vehementer ad caput affigent,

7) Mercedem accuſandi. *Idem.* Wir ſehen daſs auch ihr euren Unterhalt durch Anklagen findet. Ad *commiſiſſe* ſubintellige ſcelus.

8) Vt nunc agis, Eruci, qui Roſcium de parricidio innocentem accuſas. *Idem.*

9) Vt ſuffringerentur canibus, ſi luce latrarent, cum deos aliqui ſalutatum veniſſent. *Idem.*

10) Iudices ſignificat.

11) Manutius litteram condemnationis C. intelligit, et *ad caput affigere* pro poena afficere exponit. Rectius autem littera K (ab ea enim littera olim vox haec inchoabatur ſcribendo, *Kalumniam)* calumniae nota intelligitur, quae calumniatorum frontibus inurebatur, vt amplius accuſare non poſſent. *Lambinus.*

12) *Alias omnes:* multae ac variae hic ſunt lectiones. Habent enim alii: *eas omnes*, cuius lectionis auctor

eſt

affigent, vt postea neminem alium, nisi fortunas vestras, accusare possitis. Quid mihi ad 21
defendendum dedisti, 1) bone accusator? quid 58
hisce autem ad suspicandum? Ne exheredaretur, veritus est; audio. Sed qua de caussa vereri debuerit, nemo dicit. Habebat pater in animo. Planum fac. nihil est: non, 2) quicum deliberarit, quem certiorem fecerit, vnde istud vobis suspicari in mentem venerit. Cum hoc modo accusas, Eruci, nonne hoc palam dicis? ego, quid acceperim, 3) scio: quid dicam, nescio: vnum illud spectaui, quod Chrysogonus aiebat, neminem isti patronum futurum: de bonorum emtione, deque ea societate 4) neminem esse, qui verbum facere hoc tempore auderet. Haec te opinio

est Aldus: alii pro *eas*, *alias*, vt nos. Qui ita legunt, explicant omnes vt Manutius: vnius litterae causa litteras omnes odistis; secundum hanc sententiam reprehendit orator accusatorum ignorantiam et inscitiam. *Alias* ergo est pro reliquas, ceteras. Sed Ernesti et *eas* et *alias* friget. Sufficit, inquit, *etiam*; quod languet, si *eas* aut *alias* additur.

1) Quid dixisti, quod a me sit refellendum? *Heusing.*

2) *Non* sc. planum facis, *quicum deliberarit* etc. Heusingerus verba ista: *non, quicum - - - fecerit,* parenthesi inclusit, quod recte se fecisse sperat, et legendum esse putat: *nihil est, vnde istud v. s. i. m. venerit.*

3) Quantum pecuniae. *Manut.*

4) Chrysogoni et Rosciorum Volaterris inita. *Hoc tempore:* Tyrannidis Sullanae, propter gratiam et potentiam Chrysogoni. *Cellar.*

5) In

opinio falsa in istam fraudem 5) impulit. Non mehercule verbum fecisses, si tibi quemquam 59 responsurum putasses. Operae pretium erat, 6) si animaduertistis, iudices, negligentiam eius in accusando considerare. Credo, cum vidisset, qui homines 7) in hisce subselliis 8) sederent, quaesisse, num ille, aut ille defensurus esset: de me ne suspicatum quidem, quod antea causam publicam 9) nullam dixerim. Posteaquam inuenit neminem eorum, qui possunt et solent: 10) ita negligens esse coepit, vt, cum in mentem veniret ei, reside-

5) In hunc errorem. *Manut.*

6) Digna erat consideratione eius negligentia. *Heusing.*

7) Summi oratores, hominesque nobilissimi, de quibus in exordio. *Manut.*

8) In subselliis defensoris, quae a laeua Praetoris constituebantur. *Hot.*

9) Causam publicam optime definiuit Ernesti in Clav. quam vide. Idem fere sentit Hotomannus, qui ad hunc locum ita: *Causae publicae* dictae sunt eorum criminum, quae ipse populus grauiora iudicauit, quibusque laedi se existimari voluit; veluti *veneni, sicae, incestus. adulterii:* offendi enim his peccatis non eum duntaxat, qui hac iniuria affectus est, sed etiam se vniversum, lege lata demonstrauit. *Priuatae* autem dicuntur, cum priuatim aliquis ex ciuibus, siue ille priuatus sit, siue magistratus, laesus est. Ab his causarum generibus *iudicia* etiam vel *publica,* vel *priuata* dicuntur.

10) Qui vsu et eloquentia valent; quod utrumque mihi deest. *Manut.*

11) Ete-

sideret; deinde spatiaretur, 11) nonnunquam
etiam puerum vocaret, credo, cui coenam
imperaret: 12) prorsus vt vestro consessu, et
hoc conuentu pro summa solitudine 13) abute-
retur. Perorauit 1) aliquando: assedit: sur- 22
rexi ego, respirare visus est, 2) quod non 60
alius potius diceret. Coepi dicere. Vsque 3)
animaduerti, iudices, eum iocari atque alias
res agere 4) ante quam Chrysogonum nomi-
naui: quem simul atque attigi, statim homo
se

11) Etenim aequo in loco causas oratores dicebant, et interdum inambulabant, in spatio scilicet, quod inter aduocatorum subsellia relinquebatur. *Hotom.*

12) I. e. cui imperaret, coenam sibi parari.

13) *Pro summa solitudine:* i. e. abuteretur vestra frequentia et corona loco solitudinis, quasi ipse solus hic esset, et ei liceret, quidquid libet. *Cellar.*

1) *Perorauit* i. e. accusationem finiit, ad finem perduxit: *aliquando* i. q. tandem.

2) Cum antea metu, ne quis alius diceret, animam retineret. *Hotom.* *Respirare* ergo est, animo tranquilliore esse, metu liberari. V. pro Milone cap. 18.

3) Vulgg. edd. habent: *vsque eo.* Sed *vsque eo -- ante quam* non consentiunt inter se, vt recte monuit Ernesti. Post *vsque eo* deberet esse *dum.* Ergo delendum *eo,* vt *vsque* sit pro perpetuo, assidue. Sic Cicero Epp. ad Div. XII. 19. Plura exempla vide in Tursell.

4) *Alias res agere* dicuntur, qui non attendunt, Nebendinge treiben. *Credo, qui Chrysogono nunciarent:* die vermuthlich den Chrysogonus benachrichtigen sollten. *Vexari pessime societatem:* seine Verbindung mit den beiden Rosciern werde auf die nachtheiligste Weise herum genommen.

5) Cra-

se erexit: mirari visus est; intellexi, quid eum pupugisset. Iterum ac tertio nominaui. Postea homines cursare vltro et citro non destiterunt: credo, qui Chrysogono nunciarent, esse aliquem in ciuitate, qui contra voluntatem eius dicere auderet: aliter causam agi, atque ille existimaret: aperiri bonorum emtionem: vexari pessime societatem: gratiam potentiamque 5) eius negligi: iudices diligenter attendere: populo rem indignam
61 videri. Quae quoniam te fefellerunt, Eruci, quoniamque vides versa esse omnia; causam pro Sex. Roscio, si non commode, 6) at libere dici; quem dedi 7) putabas, defendi intelligis; quos tradituros 8) sperabas, vides iudicare: restitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem atque prudentiam: 9) con-

5) *Gratiam* apud Sullam, qui tum rerum potitus erat, *potentiam* apud iudices huiusce consilii. *Hot.*

6) Si non vt oporteret, et vt diceretur ab his, qui in hisce subselliis aduocati sedent. Cap. 4. *Manut.*

7) Sc. Roscium libidini crudelitatique vestrae, vt Cap. 5. *Idem.*

8) Non orationem attente meam audituros, sed, causa neglecta, reum libidini, crudelitatique vestrae undituros. *Iudicare:* non, alias res agere, sed mihi caussam dicenti aures benigne praeberi, et iudicum officio fungi. *Idem.*

9) Hoc est, proba iam nobis, quam saepe alias probasti, illam tuam calliditatem atque prudentiam. Est acerba ironia irridentis hominem, qui se callidum putabat, cum esset stultissimus. Hoc quibus displicet, legunt deinceps, *aut confitere*, e. g. Hotom.

10) Iu-

confitere, huc ea spe venisse, quod putares
hic latrocinium, 10) non iudicium futurum.
De parricidio causa dicitur: ratio ab accusa-
tore reddita non est, quam ob causam patrem
filius occiderit. 11) Quod in minimis noxiis, 62
et in his leuioribus peccatis, quae magis cre-
bra, et iam prope quotidiana sunt, maxime
et primum quaeritur, quae causa malefícii
fuerit: id Erucius in parricidio quaeri non pu-
tat oportere. In quo scelere, iudices, etiam
cum multae causae conuenisse vnum in locum,
atque inter se congruere videntur: tamen non
temere creditur, 12) neque leui coniectura
res penditur, neque testis incertus auditur,
neque accusatoris ingenio 13) res iudicatur.
Cum multa antea commissa maleficia, tum
vita hominis perditissima, tum singularis au-
dacia ostendatur necesse est: neque audacia
solum, sed summus furor atque amentia.
Haec cum sint omnia, tamen exstent oportet
expressa

10) Iudicibus reum prodentibus, quos tu nunc, contra quam putasti, vides iudicare. *Manut.*

11) Magnum scelus non temere aut sine causa creditur. Parricidium est magnum scelus. Ergo etc. Hactenus a Roscii persona probauit, causam parricidii filio nullam fuisse. Iam argumentum a re ipsa seu parricidio sumit.

12) Nam parricidas non nisi confessos supplicio afficiebant Romani. V. Sueton. in Aug. c. 33.

13) Non iudicatur iis, quae speciose dicta sunt ab accusatore. *Heusing.*

14) Ar-

et defendere facile poſſent? Erat porro nemo,
65 in quem ea ſuſpicio conueniret. Tamen cum planum iudicibus eſſet factum, aperto oſtio dormientes eos repertos eſſe: iudicio abſoluti adoleſcentes et ſuſpicione omni liberati ſunt. Nemo enim putabat, quemquam eſſe, qui, cum omnia diuina atque humana iura ſcelere nefario polluiſſet, ſomnum ſtatim capere potuiſſet: propterea quod, qui tantum facinus commiſerunt, non modo 7) ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu
24 poſſunt. Videtisne, quos nobis poëtae tra-
66 diderunt, patris vlciſcendi cauſa, ſupplicium de matre 1) ſumſiſſe, cum praeſertim deorum immortalium iuſſis atque oraculis id feciſſe dicantur, tamen vt eos agitent furiae, neque conſiſtere vsquam patiantur, quod ne pii quidem 2) ſine ſcelere eſſe potuerunt? Sic ſe res habet, iudices. Magnam vim, magnam neceſſitatem, 3) magnam poſſidet religio-

7) Pro: *non modo non, non dico;* quod fere ſemper ante *ne quidem:* exempla in contrarium rara ſunt.

1) Intelligit *Oreſtem*, Agamemnonis et Clytemneſtrae filium, qui matrem in vltionem patris occidit, quem illa cum Aegiſtho adultero pacta interfecerat: et *Alcmaeonem*, Amphiarai filium, qui Eriphylen matrem propter proditum maritum interfecerat. Corn. Nepos XV. cap. 6. *Cellar. Cum praeſertim* pro: *quamuis quidem. Heuſing.*

2) Hoc eſt, ne tum quidem, quum pietate erga patrem ad ſupplicium de matre ſumendum impulſi eſſent.

3) *Neceſſitas* eſt coniunctio ſanguinis, amoris, Liebesverbindung *Religio* die Gewiſſenhaftigkeit, die hei-

ligſten

gionem: paternus maternusque sanguis: ex quo si qua macula concepta est, non modo elui non potest, verum vsque eo permanat ad animum, vt summus furor atque amentia 4) consequatur. Nolite enim putare, 67
quemadmodum in fabulis 5) saepenumero videtis, eos, qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari et perterreri Furiarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus, 6) et suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit: suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent. Hae sunt impiis assiduae 7) domesticaeque Furiae, quae dies noctesque parentum poenas 8) a consceleratissimis filiis repetant. Haec mag- 68
nitudo maleficii facit, vt, nisi paene manifestum

ligsten Pflichten nicht zu verletzen. V. Ernesti Clav. *Vsque eo* h. e. adeo.

4) Nam eos in insaniam incidisse poëtae fingunt. Vide ea, quae proxime antecedunt. *Manut.*

5) *In tragoediis. Fabularum* enim nomine latini et *comoedias* et *tragoedias* appellant. *Hot. Furiarum taedis:* Furiae in tragoediis in scenam producebantur, faces illis intentantes, qui scelerati erant. Virgil. VII. v. 456. *Heinsing.*

6) Malitia, improbae cupiditates, quibus quis ad facinus committendum se trahi patitur. Eadem fere verba leges in Pison. cap. 20. *Idem.*

7) Quae dies noctesque assident, quae semper praesentes oculis obuersantur, die immer verfolgenden. *Idem.*

8) Parentum occisorum, parricidii poenas. Sic Cic. ad Attic. lib. IX. ep. 14. *Cn. Carbonis, M. Bruti se poenas persequi;* se mortem eorum vlcisci. Idem.

feſtum parricidium proferatur, 9) credibile non ſit: niſi turpis adoleſcentia, niſi omnibus flagitiis vita inquinata, niſi ſumtus effuſi cum probro atque dedecore, niſi prorupta audacia, niſi tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab inſania. Accedat huc oportet odium parentis, animaduerſionis paternae metus, amici improbi, ſerui conſcii, tempus idoneum, locus opportune captus ad eam rem: paene dicam, reſperſas manus ſanguine paterno iudices videant oportet; ſi tantum facinus, tam im-
69 mane, tam acerbum credituri ſint. Quare hoc, quo minus eſt credibile, niſi oſtenditur: eo
25 magis eſt, ſi conuincitur, vindicandum. Itaque cum multis ex rebus intelligi poteſt, maiores noſtros non modo armis plus, quam ceteras nationes, verum etiam conſilio ſapientiaque potuiſſe: tum ex hac re vel maxime, quod in impios ſingulare 1) ſupplicium inuenerunt. Qua in re quantum prudentia praeſtiterint iis, qui apud ceteros ſapientiſſimi fuiſſe dicuntur,
70 conſiderate. Prudentiſſima ciuitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, 2) fuiſſe traditur.

9) Nam nonniſi confeſſos parricidarum ſupplicio affici moris fuiſſe, ſcribit Suetonius in Auguſto. *Hot.*

1) *Singulare ſupplicium,* quod impiis his eſt proprium, peculiare.

2) Dum non Graeciae tantum principatum, ſed et maris imperium obtinuit, totiusque Europae potentiſſima fuit. Tempora liberae Graeciae ſignificat, quam deinde Philippus Macedo ſeruire docuit. Prudentiam autem cum imperio ſimul amiſit. *Heuſing.* et *Manut.*

3) Val.

ditur. Eius porro ciuitatis sapientissimum Solonem 3) dicunt fuisse, eum, qui leges, quibus hodie quoque vtuntur, scripserit. 4) Is cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere, quam admonere 5) videretur. Quanto maiores nostri sapientius? qui cum intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitauerunt: vt, quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ii magnitudine poenae maleficio summouerentur: 6) insui voluerunt in culeum 7) viuos, atque ita in flumen deiici.

E 2 O sin-

3) Val. Max. V. 3. *Solon tam praeclaras tamque utiles Atheniensibus leges tulit, ut si his perpetuo uti voluissent, sempiternum habituri fuerint imperium.*

4) Abrogatis propter nimiam seueritatem, quas Draco antea scripserat, exceptis iis, quae ad caedem pertinebant. *Manut.*

5) In animos hominum inducere, quod alioqui non cogitaretur. *Idem.* Den Gedanken zur Ausführung einer solchen That rege machen. Denn viele Dinge würden nicht geschehen, wenn sie nicht verboten wären, weil gerade öfters das Verbot mancher Dinge die Begierde darnach rege macht, nach dem bekannten Spruche: *nitimur in vetitum.*

6) *Summouere* pro *arcere* et *deterrere. Hot.*

7) Primus hoc supplicio affectus esse legitur Publicius Malleolus, quod matrem interfecerat. Ad Herenn. Lib. I.

26 O ſingularem ſapientiam, iudices! Nonne vi-
71 dentur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe et eripuiſſe, cui repente coelum, ſolem, 1) aquam terramque ademerunt; vt, qui eum necaſſet, vnde ipſe natus eſſet, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur? Noluerunt feris corpus obiicere, ne beſtiis quoque, quae tantum ſcelus 2) attigiſſent, immanioribus vteremur: non ſic nudos in flumen deiicere, ne, cum delati eſſent in mare, ipſum pollucrent, quo cetera, quae violata ſunt, expiari putantur. 3) Denique nihil tam vile, neque tam vulgare
72 eſt, cuius partem vllam reliquerint. Etenim quid tam eſt commune, 4) quam ſpiritus viuis,

Lib. 1. c. 13. Lege Pompeia demum in parricidas haec poena conſtituta fuit, vt cum ſimia, cane, ſerpente et gallo gallinaceo culleo inſuti, et virgis ſanguineis verberati in mare demergerentur: quodſi mare longum abeſſet, ſecundum diui Hadriani conſtitutionem ad beſtias dabantur, vel viui exurebantur. *Coelum* pro aëre, *ſolem* pro igne dixit, quod hae voces magis ad rem accommodatae viderentur.

1) *Vnde* i. e. a quo. Vide Turſell.

2) Tam ſceleſtum corpus. *Non ſic nudos:* nicht etwa bloſs nackend.

3) Cum aqua ſalſa maris adſperguntur. Polluta ſcelere expiabantur et luſtrabantur aqua marina, vel fluuiali. *Manut.*

4) Hunc locum maximis a populo clamoribus exceptum ſcribit ipſe Cicero in Oratore C.XXX. vbi etiam hoc adiicit, aliquanto poſt ſentire ſe coepiſſe, quam haec ſcripſiſſet, nequaquam haec ſatis deferbuiſſe. *Sunt enim*

tis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Ita viuunt, dum poſſunt, vt ducere animam de coelo non queant: ita moriuntur, vt eorum oſſa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, vt numquam abluantur: ita poſtremo eiiciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. Tanti maleficii crimen, cui maleficio 5) tam inſigne ſupplicium eſt conſtitutum, probare te, Eruci, cenſes poſſe talibus viris, ſi ne cauſam quidem maleficii protuleris? Si hunc apud bonorum emtores ipſos accuſares, eique iudicio Chryſogonus praeeſſet; tamen diligentius paratiusque veniſſes. Vtrum, quid agatur, non vides? an 73
apud quos agatur? Agitur de parricidio: quod ſine multis cauſis ſuſcipi non poteſt. Apud homines autem prudentiſſimos agitur: qui intelligunt, neminem ne minimum quidem maleficium ſine cauſa admittere.

Eſto; 1) cauſam proferre non potes: ta- 27
metſi ſtatim viciſſe debeo, tamen de meo iure decedam, et tibi, quod in alia cauſa non concederem, in hac concedam, fretus huius innocentia. Non quaero abs te, quare patrem

Sex.

enim omnia, inquit, *ſicut adoleſcentis, non tam re et maturitate, quam ſpe et exſpectatione laudati.* Moris autem fuit, inſignia oratorum dicta applauſu probare.

5) Iterationem eiusdem verbi concinnitate aliqua non carere, probat Manutius exemplis nonnullis, quae autem ſatis obuia ſunt.

1) Eſt particula concedentis: *Es ſey darum, zugegeben.*

2) In

Sex. Roſcius occiderit: quaero, quomodo occiderit. Ita quaero abs te, C. Eruci, quomodo, et ſic tecum agam, vt in eo loco 2) vel reſpondendi, vel interpellandi tibi poteſtatem faciam, 3) vel etiam, ſi quid voles,
74 interrogandi. Quomodo occidit? ipſe percuſſit, an aliis occidendum dedit? Si ipſum arguis, Romae non fuit: ſi per alios feciſſe dicis, quaero, ſeruosne, an liberos? quos homines? Indidemne 4) Ameria, an hosce ex vrbe ſicarios? Si Ameria: qui ſunt hi? cur non nominantur? Si Roma: vnde eos nouerat Roſcius, qui Romam multis annis non venit, neque vmquam plus triduo fuit? vbi eos conuenit? quicum 5) locutus eſt? quomodo

2) In ſubſelliis accuſatorum. Pro Cluent. c. 24. *Audete negare, ab Oppianico Staleno iudici pecuniam datam: negate, negate, inquam, in eo loco. Quid reticetis? Manut. Ita* pro itaque. *Quomodo* ſc. occiderit.

3) Quam accuſator, niſi patrono permittente, non habebat. *Idem. Si per alios feciſſe dicis:* Argumentum ex partium enumeratione. Omnes enim, quorum opera interfici Roſcius, potuerit, ab reo ſic remouet, vt omnis criminis ſuſpicio in T. Roſcium deriuetur.

4) Ex eodem loco, vbi erat. Addit, Ameria, explanationis cauſa. *Idem.* Etwa durch welche, die *eben daher,* wie Roſcius, aus Ameria ſind?

5) *Quicum* uſitatius quidem eſt, tamen *quocum* inuſitatum non eſt. Vtrumque autem uſurpatur pro *cum quo*, quod uſitatum non eſt. Pronomen relatiuum *qui, quae, quod* antiquiſſimis temporibus habuit in ablatiuo pro *quo, qui,* vnde *abs quiuis* homine Terentius

modo perſuaſit? Pretium dedit? cui dedit? per quem dedit? vnde, 6) aut quantum dedit? Nonne his veſtigiis 7) ad caput maleficii perueniri ſolet? Et ſimul tibi in mentem veniat, facito, quemadmodum vitam huiusce depinxeris: hunc hominem ferum atque agreſtem fuiſſe: numquam cum homine quoquam collocutum eſſe: numquam in oppido conſtitiſſe. Qua in re praetereo illud, quod mihi 75
maximo argumento ad huius innocentiam poterat eſſe, in ruſticis moribus, in victo arido, 8) in hac horrida incultaque vita iſtiusmodi maleficia gigni non ſolere. Vt non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire poſſis: ſic non omne facinus in omni vita naſcitur. In vrbe luxuries creatur: 9)

ex

rentius dixit, pro *abs-quouis*. Cap. 21. — *quicum deliberarit.* Quin et foeminino genere *quicum* pro *quacum* dixiſſe Virgilius deprehenditur. Aeneid. Lib. XI. v. 822. V. Schwarzius ad Turſell.

6) *Vnde* i. e. *a quo* foeneratore per attributionem (Anweiſung, Aſſignation) acceptam dedit? *Pretium* i. q. *mercedem, praemium, pecuniam.*

7) Translatum a venatoribus, qui ferarum veſtigiis perſequendis tandem ad earum latebras perueniunt. *Caput* pro *fonte, auctore* poſuit. *Hot.* Pflegt man nicht durch ſolche Spuren auf die Quellen oder den Urheber einer Schandthat zu kommen?

8) *Victus aridus* eſt ruſticorum, et ita dicitur a cibis aridis, ſiccis, minus iurulentis. *Heuſing.* Vid. etiam *Erneſti Clav.* Bei trockener ländlicher Koſt. *Ferum atque agreſtem:* ungebildet und roh.

9) Propter urbis celebritatem; vbi autem ſolitudo eſt, neque conuiuia agitantur, neque alii eiusdem generis

ſumtus

ex luxuria existat auaritia necesse est: ex auaritia erumpat audacia: inde omnia scelera ac maleficia gignuntur. Vita autem haec rustica, quam tu agrestem vocas, 10) parsimoniae,
28 diligentiae, iustitiae magistra est. Verum
76 haec missa facio. Illud quaero: is homo, qui, vt tute dicis, numquam inter homines fuerit, per quos homines hoc tantum facinus, tam occultum, absens praesertim, conficere potuerit. Multa sunt falsa, iudices, quae tamen argui suspiciose possunt: in his rebus si suspicio reperta erit, culpam inesse concedam. Romae Sex. Roscius occiditur, cum in agro Amerino esset filius. Litteras, credo, misit alicui sicario, qui Romae nouerat neminem. Arcessiuit aliquem; at quando? Nuntium misit; quem? aut ad quem? Pretio, gratia, spe, promissis induxit aliquem? nihil horum ne confingi quidem potest: et tamen causa
77 de parricidio dicitur. 1) Reliquum est, vt per seruos id admiserit. O dii immortales, rem miseram et calamitosam! quod in tali crimine innocenti saluti solet esse, vt seruos in quaestionem

sumtus fiunt. Obseruanda etiam verborum copia: *nascitur, creatur, existit, erumpit, gignitur. Hat.*

10) Welches du verächtlich ein rohes Leben nennest. Contumeliosius igitur agrestem, quam rusticam; nimirum quia rura culta sunt: at agri extra rura deserti et inculti, in quibus solae ferae degunt. *Idem.*

1) Und dennoch bei allen fehlenden Beweisgründen wird ein förmlicher Procesſ wegen begangenen Vatermordes angestellt.

2) Vt

ſtionem polliceatur, 2) id Sex. Roſcio facere non licet. Vos, qui hunc accuſatis, omnes eius ſeruos habetis: vnus puer, 3) victus quotidiani adminiſter, ex tanta familia Sex. Roſcio relictus non eſt. Te nunc appello, P. Scipio, 4) te, Metelle, 5) vobis aduocatis, vobis agentibus, 6) aliquoties duos ſeruos paternos in quaeſtionem ab aduerſariis Sex. Roſcius poſtulauit. Meminiſtine, te, T. Roſci, recuſare? Quid? ii ſerui vbi ſunt? Chryſogonum, iudices, ſectantur: apud eum ſunt in honore

2) Vt ſeruos ſuos in quaeſtionem det, id eſt, vltro permiſſurum ſe dicat, vt verberibus et tormentis de ſeruis quaeſtio habeatur; daſs er ſich anheiſchig macht, ſeine Sklaven zur Erpreſſung der Wahrheit foltern zu laſſen. Nam iure Romano non licebat de ſeruis in dominos quaerere, niſi ipſi hoc petiiſſent ac poſtulaſſent domini. Vide Cap. 41. pro Milone C. 22. *Heuſing.*

3) *Puer* i. e. *ſeruus.* *Ex tanta familia* pro: ex tot ſeruis; von einer ſo groſsen Dienerſchaft. Familia enim eſt ſeruorum multitudo. *Hot.*

4) P. Cornelius Scipio Naſica, Pompeii Magni collega in conſulatu tertio, eiusdem ſocer, et a Metello pio adoptatus, vnde Metellus Scipio dicitur. Ita Manutio quidem videtur.

5) Ex eiusdem Manutii coniectura hic eſt Q. Metellus Nepos, cuius filium Lentulus Spinther collegam in conſulatu habuit. Eos aduocatos, non iudices Roſcii fuiſſe, quod Hotomannus volebat, ſatis apparet ex C. I. ubi *homines nobiliſſimos* dicit, in quibus *ſumma auctoritas* ſit *atque amplitudo*. *Heuſing.*

6) Non in iudicio publico, ſed priuatim agentibus cum Sex. Roſcii aduerſariis. *Idem.*

7) Hoc

honore et in pretio. Etiam nunc, ut ex his
quaeratur, ego poſtulo, hic orat atque obſe-
78 crat. Quid facitis? cur recuſatis? Dubitatis
etiam nunc, iudices, ſi poteſtis, a quo ſit
Sex. Roſcius occiſus: ab eone, qui propter
illius mortem, in egeſtate et inſidiis verſatur,
cui ne quaerendi quidem de morte patris po-
teſtas permittitur: an ab iis, qui quaeſtionem
fugitant, bona poſſident, in caede atque ex
caede viuunt. 7) Omnia, iudices, in hac
cauſa ſunt miſera atque indigna: tamen hoc
nihil neque acerbius, neque iniquius proferri
poteſt: mortis paternae de ſeruis paternis
quaeſtionem habere filio non licet. Ne tam-
diu quidem dominus erit in ſuos, dum ex iis
de patris morte quaeratur? Veniam, neque
ita multo poſt, ad hunc locum: nam hoc to-
tum ad Roſcios pertinet, de quorum audacia
tum me dicturum pollicitus ſum, cum Erucii
29 crimina diluiſſem. Nunc, Eruci, ad te ve-
79 nio: conueniat mihi tecum neceſſe eſt, ſi ad
hunc maleficium iſtud pertinet, aut ipſum ſua
manu feciſſe, id quod negas: aut per aliquos
liberos, aut ſeruos. Liberosne? quos neque
vt conuenire potuerit, neque qua ratione in-
ducere, neque vbi, neque per quos, neque
qua ſpe, aut quo pretio, potes oſtendere.
Ego contra oſtendo, non modo nihil eorum
feciſſe

7) Hoc illud eſt, quod poſtea Cap. 29. dicit: *qui om-
ni tempore in praeda et ſanguine verſabantur. Hot.*

1) Proxi-

fecisse Sex. Roscium, sed ne potuisse quidem facere: quod neque Romae multis annis 1) fuerit, neque de praediis vmquam temere discesserit. Restare tibi videbatur seruorum nomen, 2) quo, quasi in portum, reiectus a ceteris suspicionibus, confugere posses: 3) vbi scopulum 4) offendis eiusmodi, vt non modo ab hoc crimen resilire videas, verum omnem suspicionem in vosmet ipsos recidere intelligas. Quid est ergo, quo tandem accusator, inopia argumentorum, confugerit? Eiusmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgo impune occiderentur. 5) Quare tu hoc, propter multitudinem sicariorum, nullo negotio facere potuisti. Interim mihi videris,

1) Proximis annis pluribus. Ante plures annos Romae fuerat, postea eo non redierat. *Heusing.* *Temere* ohne Noth, ohne dringende Geschäfte.

2) Serui, quos nominare poteras. *Idem.* *Nomen* pro re ipsa saepius ponitur.

3) Wohin du, wie in einen Hafen, deine Zuflucht nehmen könntest. Allegoria a nauigantibus sumta. *Reiectus suspicionibus:* quasi fluctibus repulsus. Sensus: Quo argumento contra Roscium, ceteris deficientibus, vti posses. Vnum enim tibi restabat, vt admisisse per seruos diceres; at ego cupere Roscium ostendi, vt de seruis quaeratur: nec tamen id licere, quia seruos ei Chrysogonus ademerit. *Manut.*

4) *Scopulum:* apte, quia dixerat *portum* et *reiectus,* tamquam a fluctibus. *Idem.*

5) Significat tempus Sullanarum proscriptionum, quibus praemium erat percussoribus publice propositum. *Hot.* *Quare tu* etc. sunt verba Erucii. *Heusing.*

6) *Vna*

videris, Eruci, vna mercede 6) duas res asse- qui velle: nos iudicio perfundere: 7) accusare autem eos ipsos, a quibus mercedem accepisti. Quid ais? vulgo occidebantur? Per quos? et a quibus? Non cogitas, te a sectoribus huc adductum esse? 8) Quid postea?) 9)

6) *Vna mercede* h. e. vna eademque opera, pro qua mercedem accipis. Ab aduersariis nostris pecuniam accepisti, vt Sex. Roscium, non vt eos ipsos, a quibus accepisses, accusares. *Manut.* Ridet ergo imprudentem Erucii ratiocinationem, qui eo argumento vtatur contra Roscium filium, quod in ipsos aduersarios retorqueri possit: ideoque vtriusque partis caussam vna mercede agat.

7) Uns durch eine ungegründete und unerwartete Klage zu betäuben und ausser Fassung zu bringen. *Perfundi* proprie dicimur liquoribus; eleganter deinde ad animum transfertur, vt cum dicimus *perfundi laetitia, metu, horrore.* Qua figura dictum putat Hotomannus *iudicio perfundere,* pro metu et formidine perfundere, qua, qui in iudicium vocati sunt, afficiuntur, vt sensus sit: cum interfectum dicas Roscium a sicariis, revera Titos Roscios accusas, sicarios et gladiatores certissimos, quum tamen in iudicium nos vocaris et nomen nostrum detuleris. Ita vna opera vnius accusationis duas res assequeris. Nam et metu iudicii nos afficis, et illos tamen accusas.

8) Ueberlegst du nicht, dass du von den Aufkäufern der Güter des Roscius zu dieser Anklage gedungen worden bist? *Sector* est, qui vniuersa hominis damnati bona emit, vt iis per partes vendendis lucrum faciat. Itaque nomen habet a *secando,* quod bona secat, et separatim diuendit. Ciceroni certe ita visum est, qui *eosdem fere sectores fuisse collorum et bonorum* dicit.

ſtea? 9) Neſcimus, per iſta tempora, eosdem fere ſectores fuiſſe collorum et bonorum? Iis 81
denique, qui tum armati dies noctesque concurſabant, qui Romae erant aſſidui, qui omni tempore in praeda et ſanguine verſabantur, Sex. Roſcio temporis illius acerbitatem iniquitatemque obiicient: et illam ſicariorum multitudinem, in qua ipſi duces ac principes erant, huic crimini putabunt fore? qui non modo Romae non fuit, ſed omnino, quid Romae ageretur, neſciret, propterea quod ruri aſſiduus, quemadmodum tute confiteris, fuit. Vereor, ne aut moleſtus ſim vobis, iudices, 82
aut ne ingeniis veſtris videar diffidere, 10) ſi de tam perſpicuis rebus diutius differam. Erucii criminatio tota, vt arbitror, diſſoluta eſt: niſi forte exſpectatis, 11) vt illa diluam, quae de

dicit: quod iidem capita amputabant proſcriptis, et bona eorum diſtrahebant. *Heuſing.*

9) *Quid poſtea?* ſunt verba Erucii, fatentis, ſe a ſectoribus accuſatorem delectum eſſe ad hoc iudicium, ſed quaerentis, *quid poſtea?* id eſt, *quid tum?* vid. Cap. 25. Sequitur reſponſio, *neſcimus* etc. *Heuſing. Erneſti.* Und nun, was iſt es denn mehr, daſs ich Aufkäufern vor Gerichte diene? Wiſſen wir nicht, daſs bei gegenwärtigen Zeiten die Aufkäufer der Güter faſt immer zugleich die Mörder ihrer Beſitzer geweſen ſind?

10) Vereor, ne vos minus dociles, paullo tardiores ad verum perſpiciendum mihi videri putetis. *Heuſing.*

11) Ironia negans, quaſi dicat: *neque enim exſpectabitis.* Pro Milone cap. 7. §. 17. 19. Etiam *niſi vero* et *niſi* per ſe ironiae ſeruiunt. Pro Mil. cap. 3. §. 8.

de peculatu, 12) ac de eiusmodi rebus commenticiis, inaudita nobis ante hoc tempus ac noua, obiecit: quae mihi iste visus est ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur: 13) ita neque ad crimen parricidii, 14) neque ad eum, qui causam dicit, pertinebant. De quibus quoniam verbo arguit, verbo satis est negare. Si quid est, quod ad testes reseruet: ibi nos quoque, vt in ipsa causa, paratiores reperiet, quam putabat.

30 Venio nunc eo, quo me non cupiditas
83 ducit, sed fides. Nam si mihi liberet accusare, accusarem alios potius, 1) ex quibus possem crescere: 2) quod certum est non facere,

§. 8. cap. 5. §. 14. Pro Rosc. Amer. cap. 45. §. 131. cap. 50. §. 147. *Idem. Manut. Dissoluta:* reiecta, refutata.

12) *Peculatus* est furtum pecuniae publicae; publicum crimen et proprium quaestorem habens ex lege Iulia de peculatu.

13) Meditaretur, meditando componeret, ausarbeitete. *Commentari* dicuntur, qui domi meditantur, qui cogitant et scribunt, quae dicturi sunt, v. *Ernesti Clav.*

14) Ad nullam parricidii partem. *Neque ad eum* etc. ad Roscium. *Manut.*

1) Nobiliores T. Roscio, potentes, magnos in republ. viros, non Roscium Magnum, vel Capitonem, obscuros.

2) In honoris locum altiorem adscendere. Qui autem nobili aliqua accusatione quempiam damnabant, laudem eloquentiae, ingenii, industriae, apud populum consequebantur; quae via erat ad honores et rempubl. certissima. De hac inclarescendi ratione Cic. de offic. Lib. II. cap. 14. *Hot.* Ernesti Clav. in *crescere.*

3) Quam

cere, dum vtrumuis 3) licebit. Is enim mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute in altiorem locum peruenit, non, qui adſcendit per alterius incommodum et calamitatem. Deſinamus aliquando ea ſcrutari, quae ſunt inania; quaeramus, vbi maleficium et eſt 4) et inueniri poteſt. Iam intelliges, Eruci, certum crimen quam multis ſuſpicionibus coarguatur; tametſi neque omnia dicam, et leuiter vnumquodque tangam. Neque enim id facerem, niſi neceſſe eſſet: et id erit ſigni, me inuitum facere, quod non proſequar longius, quam ſalus huius et mea fides poſtulabit. Cauſam tu nullam reperiebas 5) in Sex. 84
Roſcio: at ego in T. Roſcio reperio. Tecum enim mihi res eſt, T. Roſci, quoniam iſtic ſedes, 6) ac te palam aduerſarium eſſe profiteris. De Capitone poſt viderimus, ſi, quemadmodum paratum eſſe audio, teſtis prodierit: tum alias quoque ſuas palmas 7) cognoſcet, de quibus me ne audiſſe quidem ſuſpicatur.

3) Quam diu mihi liberum erit, vel accuſare, vel non accuſare. Non accuſabo, niſi officio id exigente. *Heuſing.*

4) Quaeramus in eo, in T. Roſcio, in quo maleficium eſt. *Idem.*

5) Nullam cauſam afferre poteras, cur Sex. Roſcium patrem occidiſſe diceres. Cap. 22. *Idem.*

6) In ſubſelliis accuſatorum. Cap. 6. *Idem.*

7) *Palmae* gladiatoribus, victoribus in victoriae ſignum dari ſolebant. Caedes igitur ab iſto factas complures ſignificat. Cap. 6.

catur. L. Caſſius ille, 8) quem populus Romanus veriſſimum et ſapientiſſimum iudicem putabat, identidem in cauſis quaerere ſolebat, cui bono fuiſſet. Sic vita 9) hominum eſt, vt ad maleficium nemo conetur ſine ſpe atque emolumento accedere. Hunc quaeſitorem 10) ac iudicem fugiebant atque horrebant ii, quibus periculum creabatur: ideo quod, tametſi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propenſus ad miſericordiam, quam implicatus 11) ad ſeueritatem videbatur. Ego, quamquam praeeſt huic quaeſtioni vir, et contra audaciam fortiſſimus, et ab innocentia clementiſſimus: 12) tamen facile me pate-

8) V. Pro Mil. cap. 12. Eius tribunal propter nimiam ſeueritatem *ſcopulum reorum* appellari ſolitum, memoriae tradidit Val. Max. Lib. III.

9) *Vita* mores ingeniumque ſignificat.

10) Praetorem, i. e. eum, qui iudicio praeerat, *quaeſitorem* vocarunt, quod, qui accuſatur, nocens ſit, an innocens, cum conſilio *quaeſiuit* i. e. cognouit. Hot.

11) Quaſi ſeueritate praepeditus, quo minus facile miſericordia vteretur. *Manutius* et alii *inclinatus* repoſuerunt. Graeuius *implacatus* coniecit, quam lectionem duxit optimam et veram Erneſti.

12) *Contra audaciam* ſc. accuſatorum, qui vel ad ipſa ſubſellia cum ferro teliſque venerunt. *Ab innocentia* i. e. pro innocentia, erga innocentes. Opponuntur enim, *contra audaciam*, *ab innocentia*. Hotomannus et Heuſingerus *ab* interpretantur *ex parte innocentiae*, vel in cauſa innocentium; exemplum vero huic ſimile deſiderant. *Clementiſſimus*: cognita Sex. Roſcii innocentia clementiſſimum ſe praebebit. *Manut.*

13) L...

potrer, vel illo ipso acerrimo iudice 13) quaerente, vel apud Cassianos 14) iudices, quorum etiam nunc ii, quibus causa dicenda est, nomen ipsum reformidant, pro Sex. Roscio dicere. In hac enim causa cum viderent, illos 31 amplissimam pecuniam possidere, hunc in 36 summa mendicitate esse: illud quidem non quaererent, 1) cui bono fuisset; sed eo perspicuum crimen et suspicionem 2) potius ad praedam adiungerent, quam ad egestatem. Quid si accedit eodem, vt tenuis antea fueris? 3) quid

13) L. Cassio, acerrime iudicia exercere solito. *Idem.*

14) Cassii seueritati simillimos. *Idem.*

1) Quod satis patet. *Manut.*

2) Sententia haec est: quoniam viderent, illos Roscios amplissima bona possidere, hunc in summa paupertate viuere, ideo perspicuum crimen caedis Sextianae, et suspicionem, qui illam caedem commiserit, adiungerent potius ad praedam, quam ad egestatem, hoc est, illos potius huius caedis suspectos haberent, qui praeda potiti sunt, qui in Sex. Roscii bona inuaserunt, quam hunc, qui bonis eiectus in mendicitate est. *Graev.* *Eo perspicuum* h. e. iam eo manifestum, quod illos pecuniam amplissimam possidere videbant, ita vt non opus esset quaerere, cui bono? Der Sinn ist: sie würden das schon dadurch sich offenbarende Verbrechen und den Verdacht eher denen, die sich bereichert haben, als dem, der sich in Dürftigkeit befindet, beilegen. Nec plane reiicienda est Puteani emendatio, quam et alii adamarunt; *sed eo perspicuo*; i. e. cum id perspicuum sit, cui bono fuerit caedes. *Ad praedam* h. e. ad praedae possessores; *Ad egestatem* ad eum, qui redactus est ad egestatem.

3) Contra T. Roscium. *Tenuis* i. q. *pauper*, vt Cap. 7.

quid si, vt auarus? quid si, vt audax? quid si, vt illius, qui occisus est, inimicissimus? num quaerenda causa, quae te ad tantum facinus adduxerit? Quid ergo horum negari potest? Tenuitas hominis 4) eiusmodi est, vt dissimulari non queat, atque eo magis
87 eluceat, quo magis occultatur. Auaritiam praefers, qui societatem coieris de municipis cognatique fortunis cum alienissimo. 5) Quam sis audax, (vt alia obliuiscar) hinc omnes intelligere potuerunt, quod ex tota societate, hoc est, ex tot sicariis, solus tu inuentus es, qui cum accusatoribus sederes, 6) atque os tuum non modo ostenderes, sed etiam offerres. Inimicitias tibi fuisse cum Sex. Roscio, et magnas rei familiaris controuersias, con-
88 cedas necesse est. Restat, iudices, vt hoc dubitemus, 7) vter potius Sex. Roscium occiderit: is, ad quem morte eius diuitiae venerint, an is, ad quem mendicitas: is, qui antea tenuis fuerit, an is, qui postea factus sit egentissimus: is, qui ardens auaritia feratur infestus in suos, an is, qui semper ita vixerit,

4) T. Roscii Magni.

5) Cum Chrysogono.

6) Non tantum conspiciendum te praeberes, sed impudentissime etiam ex aduerso sedens nolentes nos te intueri cogeres. Os significat *impudentiam.* Cap. 34. *Heusing.*

7) Consideremus, perpendamus, cogitemus. *Id.* et *Hot.*

8) *Quae-*

vixerit, vt quaestum 8) nosset nullum, fructum autem eum solum, quem labore peperisset: is, qui omnium sectorum audacissimus sit, an is, qui propter fori iudiciorumque insolentiam, 9) non modo subsellia, verum etiam vrbem ipsam reformidet: postremo, iudices, id quod ad rem, mea sententia, maxime pertinet, vtrum inimicus potius, an filius. Haec tu, Eruci, tot et tanta 32
si nactus esses in reo, quamdiu diceres? quo 89
te modo iactares? tempus, hercule, te citius, quam oratio deficeret. Etenim in singulis rebus eiusmodi materies est, vt dies singulos possis consumere. Neque ego non possum: non enim mihi tantum derogo, tametsi nihil arrogo, vt te copiosius, quam me, putem posse dicere. Verum ego forsitan, propter multitudinem patronorum, in grege annumerer: 1) te pugna Cannen-

8) *Quaestus* illud maxime lucrum est, quo artifices, mercatores et foeneratores locupletantur: *fructus*, reditus agrorum et praediorum. *Heusing.*

9) Proprie contrarium *consuetudini*. Roscius enim hic numquam in foro et iudiciis versatus fuerat. *Cell.* Cic. pro rege Deiotaro. Cap. II. *Moueor etiam loci ipsius insolentia.* V. Ernest. Clav. in *insolentia*.

1) *In grege annumerari*: gregarium esse, vnum de multis, qui gregem faciunt. Sic enim et gregarii milites dicuntur; quibus oppositi sunt *egregii*, quasi selecti e grege. In *grege* pro inter gregem. Aber vielleicht zählt man mich unter den gemeinen Haufen.

ſis 2) accuſatorem ſat bonum fecit. 3) Multos caeſos non ad Thraſimenum lacum, 4) ſed

2) Aemilius Paulus, Terentius Varro Coſſ. victi ſunt ab Hannibale memorabili proelio ad Cannas, Apuliae vicum, commiſſo. Quadraginta millia peditum, duo millia ſeptingenti equites, et tanta prope ciuium ſociorumque pars caeſi dicuntur. In his conſul Aemilius, ambo conſulum quaeſtores L. Attilius et L. Furius Bibaculus: vnus et vinginti tribuni militum, conſulares quidam, praetoriique et aedilitii; octoginta praeterea aut ſenatores, aut qui eos magiſtratus geſſiſſent. Liv. Lib. XXII. Cap. 49. Hic locus admodum venuſtam allegoriam habet, et ſignificat, maximam eorum caedem eſſe factam, qui accuſare conſueuerant. Intelligit autem proſcriptionem Sullanam, quo tempore, qui bona ciuium diripuerant, accuſatores etiam ſuſtulerunt, ne ab iis poſtea in iudicium vocarentur. Propter multitudinem caeſorum ergo comparat eam caedem cladi Cannenſi, *Hot. Manut, Cellar.*

3) Caeſis reliquis Cannenſi pugna, qui accuſare poterant, et qui te longe eloquentiores erant. Non tu, inquit, propter eloquentiam accuſator ſat bonus es, ſed quia periere, qui accuſare conſueuerant. *Sat bonus accuſator* i. e. mediocriter bonus. Corn. Nepos V. cap. 2. *Habebat ſatis eloquentiae.* i. e. mediocrem. *Manut. Heuſing.* Nach der Niederlage bei Cannae d. i, nachdem ſo viele berühmte und angeſehene Männer bei gegenwärtiger Zeit durch die Proſcription des Sulla ermordet worden, ſo kannſt du nunmehr, da iene nicht mehr da ſind, für einen ziemlich guten Ankläger paſſiren.

4) Anno ante illos, quos modo nominauimus, Conſules, C. Flaminius Coſ. inſidiis ab Hannibale circumuentus, ad Thraſimenum lacum, qui eſt in Etruria, cum exercitu caeſus eſt. Deſiderata ſunt in eo proe-

ſio

ſed ad Seruilium 5) vidimus. Quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio? 6) Non neceſſe eſt omnes commemorare, Curtios, Marios, denique Mamercos, 7) quos iam aetas a proe-
liis

lio quindecim millia Romanorum, qui magna ex parte immota acie, ad extremum, vt Romani moris erat, perſtiterunt. Liv. Lib. XXII. cap. 4-7. *Hot.* Nominat autem hunc lacum, quia ſimiliter ad lacum, Seruilium ſcilicet, caedes magna Sullae iuſſu facta eſt. *Manut.*

5) Aquae in publico receptaculum fuit a conditore Seruilio dictum, quorum tanta multitudo in vrbe, vt ſolus Agrippa ſeptingentorum perhibeatur auctor fuiſſe. Seruilius lacus ergo fuit Romae, et proſcriptionis Sullanae ſpoliarium. Nam in eo Sullanis temporibus multorum ſenatorum capita ad oſtentationem immaniſſimi facinoris ſectis ceruicibus pependerunt. Iul. Firmicus Lib. I. Seneca de diuina prouidentia cap. 3. *Manut. Cellar.*

6) Sunt fortaſſe Ennii verba, quod vetus Scholiaſtes quidem pro comperto habet, qui Vlyſſem ita loquentem inducit. Cum enim Achilles propter ereptam ſibi Briſeida pugnare noluiſſet, Hector autem Graecorum claſſem incendiſſet, et in hac pugna Vlyſſes vulneratus fugiensque ad Achillem veniſſet, ab hoc, cur fugiſſet, interrogatum eum, ita ait reſpondiſſe: *Quis enim non vulneratus ferro Phrygio.* Hoc Cicero ad indicandam ciuium Romanorum caedem, ad Seruilium lacum Sullae iuſſu commiſſam transtulit. In *ferro Phrygio* ergo nihil quaerendum, niſi vis hoſtilis. *Heuſing. Manut.*

7) Nomina accuſatorum, qui ad Seruilium lacum caeſi ſunt. *Mamerci* erant ex Aemiliis. *Manut.*

8) Qui

liis avocabat: 8) postremo Priamum 9) ipsum senem, Antistium; quem non modo aetas, sed etiam leges pugnare prohibebant. 10) Iam, quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt, qui inter sicarios, et de veneficiis accusabant: qui omnes (quod ad me attinet) vellem viuerent. Nihil enim mali est, canes ibi quam plurimos esse, vbi permulti obseruandi, multaque seruanda
91 sunt. 11) Verum, vt fit, multa saepe imprudentibus imperatoribus 12) vis belli ac turba molitur. Dum is in aliis rebus erat occupatus, qui summam rerum administrabat, erant interea,

8) Qui propter aetatem arma ferre non poterant, atque ita cum Marianis Sullanas partes non impugnauerant; sed occidebantur tantum, quia erant accusatores. *Graev.* et *Manut.* Aetas autem militaris a decimo septimo anno aetatis incipiebat, et quinquagesimo exacto vacatio a re militari concedebatur.

9) Comparat Antistium Priamo, quia, vt ille summa senectute, in magna Troianorum caede, occisus esset, sic Antistius, multis caesis accusatoribus, senex admodum ideo necatus est, ne quis esset, qui de quotidianis caedibus quemquam accusaret. *Manut.*

10) Nulla, quod sciamus, senes pugnare lex prohibuit: eos, qui aetatem militarem supergressi essent, cogere tantum vetabat. Itaque *prohibebat* ad *aetas* potius refertur, ad *leges* aliud subaudiendum est, *non cogebant*, vt Manutio placet.

11) *Obseruandi*, i. e. cauendi, custodiendi; *seruanda*: multa mala vigilanti cura praecauenda sunt. *Heusing.*

12) Sullam intelligit. Neque enim vult videri hoc aperte dicere, voluntate Sullae illos esse interfectos. *Hotom.*

13) Qui

interea, qui ſuis vulneribus mederentur: 13) qui tamquam ſi offuſa reipublicae ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaque miſcebant. A quibus miror, ne quod iudiciorum eſſet veſtigium, non ſubſellia quoque eſſe combuſta. Nam et accuſatores et iudices ſuſtulerunt. Hoc commodi eſt, quod ita vixerunt, vt teſtes omnes, ſi cuperent, interficere non poſſent. Nam, dum hominum genus erit, qui accuſet eos, non deerit: dum ciuitas erit, iudicia fient. Verum, vt coepi dicere, et Erucius, haec ſi haberet in cauſa, quae commemoraui, poſſet ea quamuis diu dicere: et ego, iudices, poſſum: ſed in animo eſt, quemadmodum ante dixi, leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere vnamquamque rem: vt omnes intelligant, me non ſtudio accuſare, ſed officio defendere. 14) Video igitur, cauſas eſſe permultas, quae 33
iſtum

13) Qui vel ſuos inimicos ulciſcerentur, vel eos, qui accuſare et iudicare ſolebant, occiderent, vt ſuorum ſcelerum poenas effugerent. Intelligit autem Chryſogonum et Titos Roſcios. *Manut.* *Vulnus* ergo de aere alieno accipiendum, quo quis, tamquam corporis vulnere laborat. Die ihren Schulden, ihrer Dürftigkeit, durch Morden zu Hülfe zu kommen ſuchten.

14) Non dedita opera et conſulto; ſed ratione officii ac defenſionis coactum. *Hotom.* *Perſtringere*: leuiter tangere, oberflächlich berühren. *Quamuis diu* h. e. valde diu.

92 ſiſtum impellerent: 1) videamus nunc, ecqua facultas ſuſcipiendi maleficii fuerit. Vbi occiſus eſt Sex. Roſcius? Romae. Quid? tu, ~~Eruci~~, vbi tunc eras? Romae. Verum quid ad rem? 2) et alii multi. Quaſi nunc id agatur, quis ex tanta multitudine occiderit, ac non hoc quaeratur, eum, qui Romae ſit occiſus, vtrum veriſimilius ſit, ab eo eſſe occiſum, qui aſſiduus eo tempore Romae fuerit: an ab eo, qui multis annis Romam omnino
93 non acceſſerit. Age, nunc ceteras facultates quoque conſideremus. Erat tum multitudo ſicariorum, id quod commemorauit Erucius, et homines impune occidebantur. Quid? ea multitudo quae erat? opinor, aut eorum, qui in bonis erant occupati; 3) aut eorum, qui ab iis conducebantur, vt aliquem occiderent. Si eos putas, qui alienum appetebant: tu es in eo numero, qui noſtra pecunia diues es: ſin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, percuſſores 4) vocant: quaere, in cuius fide ſint et clientela. 5) Mihi crede, aliquem de ſocietate tua reperies;

et

1) T. Roſcium. *Manut.* *Ecqua* h. e. num qua. *Facultas* iam eſt copia vel occaſio, quae rei cuidam perficiendae datur et offertur.

2) Proprie, *quid id ad rem?*

3) Qui aliena bona appetebant, vel occupabant. Ita enim ipſe Cicero explicat paullo poſt. *Manut.*

4) Qui proſcriptos percuſſerunt.

5) Chryſogonum ſignificat. Vide infra cap. 37. *Nam, cum multos veteres etc. Cellar.*

6) Con-

et quidquid tu contra dixeris, id cum defenſione noſtra contendito: 6) ita facillime cauſa Sex. Roſcii cum tua conferetur. Dices: 94
quid poſtea, 7) ſi Romae aſſiduus fui? Reſpondebo, at ego omnino non fui. Fateor, me ſectorem eſſe; verum et alii multi. At ego, vt tute arguis, agricola et ruſticus. Non continuo, ſi me in gregem 8) ſicariorum contuli, ſum ſicarius: at ego profecto, qui ne noui quidem quemquam ſicarium, longe abſum ab eiusmodi crimine. Permulta ſunt, quae dici poſſunt, quare intelligatur, ſummam tibi facultatem fuiſſe maleficii ſuſcipiendi: quae non modo idcirco praetereo, quod te ipſum non libenter accuſo: verum eo magis etiam, quod, ſi de illis caedibus velim commemorare, quae tum factae ſunt iſta eadem ratione, qua Sex. Roſcius occiſus eſt, vereor, ne ad plures oratio mea pertinere videatur.

Videamus nunc ſtrictim, ſicut cetera, 34
quae poſt mortem Sex. Roſcii abs te, T. Ro- 95
ſci, facta ſunt: quae ita aperta et manifeſta ſunt, vt medius fidius, iudices, inuitus ea dicam. Vereor enim, cuicuimodi es, 1) T. Roſci,

6) Conferto, comparato. *Hot.*

7) V. cap. 22. h. l. formula extenuantis.

8) *Grex* de illa fere multitudine vſurpatur, quae vilitatem quandam atque contemtum habet. Cap. 32.

1) Pro *cuiuscuiusmodi*, ſiue *cuiuscunque modi*, ſiue *qualisqualis* es, vel vir bonus, vel improbus. Edd. vulgg. *cuiusmodi es. Manut.*

2) Modo

Rosci, ne ita hunc videar voluisse seruare, vt tibi omnino non pepercerim. Cum hoc vereor, et cupio tibi aliqua ex parte, quod salua fide possim, 2) parcere, rursus immuto voluntatem meam. Venit enim mihi in mentem oris tui. 3) Tene, cum ceteri socii tui fugerent, ac se occultarent, vt hoc iudicium non de illorum praeda, sed de huius maleficio 4) fieri videretur, potissimum tibi partes istas depoposcisse, vt in iudicio versarere, et sederes cum accusatore? Qua in re 5) nihil aliud assequeris, nisi vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoscatur et impudentia.

96 Occiso Sex. Roscio, qui primus Ameriam nuntiat? Mallius Glaucia, quem iam antea nominaui, 6) tuus cliens et familiaris. Quid attinuit 7) eum potissimum nuntiare? quod, si nullum iam ante consilium de morte ac de bonis eius inieras, nullamque societatem, neque

2) Modo ne Sex. Roscii causae et officio meo desim. *Idem*.

3) Supple *cogitatio*. *Os* est impudentia. Cap. 31.

4) De Sex. Roscii parricidio. *Hot*. *Tene-pot. t. p. i. depoposcisse* h. e. fierine potuit, vt tibi potissimum partes istas deposceres.

5) Ernesti optat: *qua tu re*, si modo libri adiuuarent.

6) Cap. 7. *qui primus*, id est, *quis primus*. V. *Tursell*.

7) Quid attinuit, quid opus fuit, Glauciam potissimum id nuntiare, quod ad te minime omnium pertinebat? *Id nuntiare, quod* etc. nempe occisum esse Sex. Roscium. *Lamb*. Warum muste der besonders der Bothe seyn?

8) Id

neque ſceleris, neque praemii, cum homine vllo coieras, ad te minime omnium pertinebat? Sua ſponte Mallius nuntiat. Quid, quaeſo, eius intererat? an, cum Ameriam non huiusce rei cauſa veniſſet, caſu accidit, vt id, quod Romae audierat, primus nuntiaret? Cuius rei cauſa venerat Ameriam? Non poſſum, inquit, diuinare. Eo rem iam adducam, vt nihil diuinatione opus ſit. Qua ratione Roſcio Capitoni primum nuntiauit? Cum Ameriae Sex. Roſcii domus, vxor, liberique eſſent; cum tot propinqui cognatique optime conuenientes: 8) qua ratione factum eſt, vt iſte tuus cliens, ſceleris tui nuntius, T. Roſcio Capitoni potiſſimum nuntiaret? Oc- 97
ciſus eſt a coena rediens; nondum lucebat, cum Ameriae ſcitum eſt. Quid hic incredibilis curſus: quid haec tanta celeritas feſtinatioque ſignificat? Non quaero, quis percuſſerit: nihil eſt, Glaucia, quod metuas; non excutio te, ſi quid forte ferri habuiſti, non ſcrutor: nihil ad me arbitror pertinere: quoniam, cuius conſilio occiſus ſit, inuenio; cuius manu ſit percuſſus, non laboro. Vnum hoc ſumo, quod mihi apertum tuum ſcelus resque manifeſta dat. Vbi, aut vnde audiuit Glaucia, 9) qui tam cito ſciuit? Fac audiſſe

ſtatim.

8) Id eſt, *concordes*, die ſehr einträchtig zuſammen lebten. Sic Lib. I. offic. Cap. 17.

9) Wo und von wem erfuhr es Glaucia, der ſo bald von allem unterrichtet war? Vulgo etiam poſt Glaucia.

ſtatim. Quae res eum nocte vna tantum itineris contendere coëgit? quae neceſſitas eum tanta premebat, vt, ſi ſua ſponte iter Ameriam faceret, id temporis Roma proficiſceretur, nullam partem noctis requieſceret?
35 Etiamne in tam perſpicuis rebus argumentatio
98 quaerenda; aut coniectura capienda ſit? Nonne vobis haec, quae audiſtis, cernere oculis videmini, iudices? non illum miſerum, ignarum caſus ſui, redeuntem a coena videtis? non poſitas inſidias? non impetum repentinum? Non verſatur ante oculos vobis in caede Glaucia? non adeſt iſte T. Roſcius? non ſuis manibus in curru collocat Automedontem 1) illum, ſui ſceleris acerbiſſimi nefariaeque victoriae nuntium? non orat, vt eam noctem peruigilet? 2) vt honoris ſui cauſa 3) laboret? vt Capitoni quam pri-

cia ponitur ſignum interrogandi. Sed non quaerunt verba, *qui tam cito ſciuit*; cum certum ſit, eum cito ſciuiſſe: illud quaeritur; vnde is, qui tam cito ſciuit, audierit? *Heuſing.*

1) Ipſum Glauciam ſic propter velocitatem vocat. Automedon enim auriga Achillis fuit, qui velociſſimos equos, quippe Zephyri filios, iunxiſſe fertur. Poſteaquam Achilles Hectorem vicit, poſuit aurigam ſuum in curru; vt iret et nuntiaret occiſum Hectorem. *Hot.* *Nonne* cum ſaepe repetendum eſt, *ne* in poſterioribus inciſis omittitur, *non* ſolum ponitur. Catil. I. c. 11.

2) Id eſt: per totam noctem vigilet.

3) Praemii, quod meriturus eſſet, ſi ante lucem Ameriam veniſſet. Cap. 37. §. 108. *Heuſing.*

Niſi

primum nuntiet? Quid erat, quòd Capito- 99
nem primum scire voluerit? Nescio: nisi hoc video, 4) Capitonem in his bonis esse socium: de tribus et decem fundis tres nobilissimos fundos eum video possidere. Audio praete- 100
rea, non hanc suspicionem nunc primum in Capitonem conferri. Multas esse infames palmas: 5) hanc primam esse tamen lemniscatam, 6) quae Romae deferatur: 7) nullum modum esse hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit: multos ferro, multos veneno. Habeo etiam dicere, quem, contra morem maiorum, minorem annis LX. de ponte in Tiberim deiecerit: 8) quae, si prodierit,

4) *Nisi* pro *sed*. Illud nescio, hoc unum tantum scio. V. *Tursell.*

5) Nobiles et gloriosae in victoria palmae gladiatorum erant: huius gladiatoris infames fuerunt; ciues enim occidit. *Manut.*

6) Ceteris nobiliorem, propter lemniscos, id est, fasciolas coloreas, e corona dependentes, quales in nummis antiquis circum coronas imperatorum deuinctae cernuntur. *Idem.* Dass er viele schändliche Mordthaten begangen, durch diese aber den höchsten Preis errungen habe d. i. dass diese aber die schändlichste unter allen sey.

7) Propter necem Sex. Roscii. *Idem.*

8) More maiorum nemini post sexagesimum annum suffragium ferre licebat. Nam qui ea aetate erant, quod crederentur inutiles gerendis rebus, in comitiis cum pontem ex vno septo in alterum transirent, de ponte deiiciebantur, ne suffragium ferrent, vnde *depontani senes* i. e. de ponte deiecti. Erant autem

pontes

dierit, atque adeo cum prodierit, (ſcio enim,
101 proditurum eſſe,) audiet. Veniat modo, explicet ſuum volumen illud, 9) quod ei planum facere poſſum Erucium conſcripſiſſe: quod aiunt illum Sex. Roſcio intentaſſe et minitatum eſſe, ſe omnia illa pro teſtimonio eſſe dicturum. O praeclarum teſtem, iudices! o grauitatem dignam exſpectatione! o vitam honeſtam, atque eiusmodi, vt libentibus animis, ad eius teſtimonium veſtrum iusiurandum accommodetis. 10) Profecto non tam

pontes lignei, in quibus ſuffragia ferebantur. Cicero vero magis propria ſignificatione Capitonem aliquem *de ponte deieciſſe* ait, i. e. de ponte Tiberino vere neſcio quem in flumen praecipitaſſe ac ſubmerſiſſe *contra morem maiorum*, id eſt, nefarie, contra fas et iura. *Idem*. *Habeo etiam dicere* eſt Graeciſmus pro: poſſum aliquem nominare. *Heuſing*. Ich könnte einen anführen, den er, ob derſelbe gleich noch nicht 60 Jahre alt war, wider die hergebrachte Gewohnheit von der Brücke in die Tiber geſtürzt hat. *Si prodierit atque adeo cum prodierit:* wenn er auftreten ſollte, und dann, wann er wirklich wird aufgetreten ſeyn.

9) Nam et de ſcripto teſtimonium dicebant, vt ſententiam in ſenatu, et in iudiciis multa ſaepe ipſi patroni. V. Quintil. Lib. XII. c. 9. *Idem*.

10) Vt ad eorum teſtimonium iurato ſententiam dicatis, vt eo Sex. Roſcium condemnetis. v. Cap. 3. *Accommodare ſuum iusiurandum ad alicuius teſtimonium* dicitur iudex, cum dedita opera ſecundum alicuius teſtimonium ſententiam dicit. *O vitam honeſtam:* Erneſti ſuſpicatur, Ciceronem ſcripſiſſe, *virum honeſtum atque*. etc.

1) T.

tam perſpicue iſtorum maleficia videremus, niſi ipſos caecos redderet cupiditas, et auaritia, et audacia. Alter 1) ex ipſa caede 36
volucrem nuntium Ameriam ad ſocium at- 102
que ad magiſtrum 2) ſuum miſit: vt, ſi diſſimulare omnes cuperent, ſe ſcire, ad quem maleficium pertineret, tamen ipſe apertum ſuum ſcelus ante omnium oculos poneret. Alter 3) (ſi diis immortalibus placet) teſtimonium etiam in Sex. Roſcium dicturus eſt. Quaſi vero id nunc agatur, vtrum id, quod dixerit, credendum: an, quod fecerit, vindicandum ſit. Itaque more maiorum comparatum eſt, 4) vt in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re non dice-
rent. Africanus, 5) qui ſuo cognomine de- 103
clarat, tertiam partem orbis terrarum 6) ſe ſubegiſſe, tamen ſi ſua res ageretur, teſtimonium non diceret. Nam illud in talem virum non audeo dicere: ſi diceret, non crederetur. Videte nunc, quam verſa et mutata in peiorem partem ſint omnia. Cum de bonis et

1) T. Roſcius Magnus. *Hot.*
2) Laniſtam, Capitonem Cap. 6. *Idem.*
3) T. Roſcius Capito. *Sidiis-placet* exclamantis eſt propter indignitatem rei.
4) Conſtitutum eſt. v. Cap. 53.
5) Minor. Nam de maiore cum ſit mentio, aliquid addi ſolet, vt Africanus ille maior. *Manut.*
6) Africam. Carthaginem enim ſtipendiariam fecit maior Africanus, euertit minor. *Idem.*

et de caede agatur, teſtimonium dicturus eſt is, qui et ſector eſt, et ſicarius: 7) hoc eſt, qui et illorum ipſorum bonorum, de quibus agitur, emtor atque poſſeſſor eſt, et eum hominem occidendum curauit, de cuius morte
104 quaeritur. Quid tu, vir optime? 8) ecquid habes, quod dicas? mihi auſculta: vide, ne tibi deſis; tua quoque res permagna agitur. Multa ſcelerate, multa audaciter, multa improbe feciſti: vnum ſtultiſſime, profecto tua ſponte, non de Erucii ſententia. Nihil opus fuit, te iſtic 9) ſedere. Neque enim accuſatore muto, neque teſte 10) quisquam vtitur eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit. Huc accedit, quod paullo occultior atque tectior veſtra iſta cupiditas eſſet. Nunc quid eſt, quod

7) T. Roſcius Magnus, cur et ſector et ſicarius, ſequentibus oſtenditur.

8) T. Roſcium Magnum alloquitur, qui praeſens aſſidet, non Capitonem, qui abſens eſt. Is ſuperioribus Ciceronis verbis commotus; murmure fortaſſe et fremitu oblocuturi ſpeciem praebuit. Hoc ſignificare videntur verba, *ecquid habes, quod dicas? Heuſing.*

9) Cum accuſatore. Senſus eſt, ſi iſtic vt accuſator ſedes, cur ſiles? et, ſi ſiles, cur illic ſedes? muto enim accuſatore nemo vtitur. *Manut.*

10) Altera ratio, cur ſedere T. Roſcius cum accuſatore non debeat. Si iſtic ſedes, teſtis eſſe non potes. Teſtes enim ſeorſim ſua ſubſellia habebant, ſeparata ab rei et accuſatoris ſubſelliis. Argumentatur Cicero ita: Si ſedes iſtic vt accuſator, non debes eſſe mutus: ſi vt teſtis, non debes in ſubſelliis accuſatoris eſſe. *Idem.*

quod quisquam ex vobis audire desideret, cum, quae facitis, eiusmodi sint, 11) vt ea dedita opera a nobis contra vosmetipsos facere videamini? Age nunc, illa videamus, 37
iudices, quae statim consecuta sunt. Ad Vo- 105
laterras 1) in castra L. Sullae mors Sex. Roscii, quatriduo, quo is occisus est, Chrysogono nuntiatur. Quaeritur etiam nunc, quis eum nuntium miserit? nonne perspicuum est, eundem, 2) qui Ameriam? Curat Chrysogonus, vt eius bona veneant statim: 3) qui non norat hominem, aut rem. 4) At qui ei venit in mentem, 5) praedia concupiscere hominis ignoti, quem omnino numquam viderat? Soletis, cum aliquid huiuscemodi auditis, iudices, continuo dicere, necesse est, aliquem dixisse municipem aut vicinum. Ii plerumque indicant: per eos plerique produntur. Hic nihil est, quod suspicionem hanc 106
pute-

11) *A nobis contra vosmetipsos:* Uns zu Gunsten, gegen euch selbst.

1) A Sulla obsessas, vt Marianarum partium. Victis et agros ademit, et ius ciuitatis Romanae. Cap. 7. Ad Div. lib. XIII. ep. 4. *Manut.*

2) T. Roscium Magnum, de quo Cap. 7.

3) Tamquam proscripti, et ne persequendi sceleris facultas filio supersit. *Hotom.*

4) *Hominem:* Sex. Roscium, aut *rem* sc. domesticam, eius bona. *Manut.*

5) Ironia: quia scilicet ei venire in mentem non potuerit, nisi ad eum duo Roscii, Magnus et Capito, rem illam detulissent. *Idem.*

putetis. 6) Non enim ego ita diſputabo: veriſimile eſt, Roſcios iſtam rem ad Chryſogonum detuliſſe. Erat enim eis cum Chryſogono iam antea amicitia. Nam cum multos veteres a maioribus Roſcii patronos hoſpitesque haberent, omnes eos colere atque obſeruare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidem
107 et clientelam contulerunt. 7) Haec poſſum omnia vere dicere: ſed in hac cauſa coniectura nihil opus eſt: ipſos certo ſcio non negare, ad haec bona Chryſogonum acceſſiſſe impulſu ſuo. 8) Si eum, qui indicii partem 9) acceperit, oculis cernetis: poteritisne dubitare, iudices, qui indicarit? Qui ſunt igitur in iſtis bonis, quibus partem Chryſogonus dederit? duo Roſcii. Num quisnam praeterea? nemo eſt, iudices. Num ergo dubium eſt, quin ii obtulerint hanc praedam Chryſogono, qui ab eo partem praedae tule-
108 runt? Age nunc, ex ipſius Chryſogoni iudicio 10) Roſciorum factum conſideremus. Si

nihil

6) Nihil eſt, quod putetis, eſſe ſuſpicionem, quod dixi de proditis a Roſciis bonis Sex. Roſcii. Eſt ipſa veritas, non ſuſpicio. *Graev.*

7) Quia gratioſiſſimus eſſet apud Sullam. *Manut.*

8) Roſciorum, Magni et Capitonis.

9) *Indicium* pro indicii praemio poſuit. *Indicii partem*, id eſt: partem praemii, quod indicibus datur: quam *partem praedae* vocat deinceps, einen Theil für die Anzeige. *Qui indicarit?* pro *quis indicarit.* V. Cap. 34. §. 96.

10) Hoc eſt ex praemio, quod Roſciis Chryſogonus dedit. V. *Erneſti Clav.*

11) Qua

nihil in ista pugna 11) Roscii, quod operae pretium esset, fecerant, quam ob causam a Chrysogono tantis praemiis donabantur? Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit, his gratias agi? denique, vt perliberaliter ageretur, honoris 12) aliquid haberi? Cur tria praedia tantae pecuniae statim Capitoni dantur? cur, quae reliqua sunt, iste Roscius omnia cum Chrysogono communiter possidet? Nonne perspicuum est, iudices, has manubias 13) Rosciis Chrysogonum, re cognita, concessisse? Venit in decem pri- 38
mis 1) legatus in castra Capito. Totam vi- 109
tam, naturam moresque hominis ex ipsa legatione cognoscite. Nisi intellexeritis, iudices, nullum esse officium, nullum ius tam sanctum atque integrum, quod non eius scelus atque perfidia violarit et imminuerit: virum optimum esse eum iudicatote. Impedi- 110
mento

11) Qua occisus est Sex. Roscius, et quia manubiae sunt ex pugna, ideo subiungitur paullo post: *has manubias*. *Manut.*

12) *Honos:* praemium, donum, et quidquid honoris causa datur, aut datum honori est. Vide Cap. 47. §. 137. Ernesti Clav. in *honor.*

13) *Manubiae* ea tantum pars praedae vocata fuisse videtur, quae imperatori assignabatur, atque ab eo plerumque in rem sacram, aut opera publica impendebatur. Venustissime ergo dictum: quia duces illi in hoc facinore fuere, ideo praemium manubias appellat. V. *Gesneri Thesaur.* et *Ernesti Clav.*

1) Vid. Cap. 9. §. 25.

mento est, quo minus de his rebus Sulla doceatur: ceterorum legatorum consilia et voluntatem Chrysogono enuntiat: monet, vt prouideat, ne palam res agatur: ostendit, si sublata sit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amissurum, sese capitis periculum aditurum: illum acuere, hos, qui simul erant missi, fallere: illum identidem 2) monere, vt caueret; hisce insidiose spem falsam ostendere: cum illo contra hos inire consilia, horum consilia illi enuntiare: cum illo partem suam depacisci, 3) hisce, aliqua fretis hora, 4) semper omnes aditus ad Sullam inter-

2) *Identidem* est saepius, per interualla, aut frequenter. V. *Tursell. Illum acuere* h. e. consilio suo instigare et ad hanc rem caute et insidiose tractandam impellere.

3) Pacisci, vt illius praedae pars sibi concedatur. *Hot.*

4) Ita Pantagathus, quocum consentiunt et interpretes recentiores. *Hora* est tempus illud, quo quis commode adire potest. Diesen, die mit Zuversicht auf eine gelegene Stunde rechneten, wo sie beim Sulla würden vorgelassen werden, suchte er beständig den Zugang zu versperren. Variant hic libri magnopere. Vulgaris lectio, quae nullum sensum commodum dat, est: *aliqua fretus hora.* Hotomannus in suis libris reperit *fretum aura*, Lambinus *fretus aura*, Gruterus *fretum ora*, alii *fretum hora*, Manutius *aliqua facta mora*, Gronouius et Graeuius *aliqua ficta mora*, quam fingebat, vt illos moraretur, ne admitterentur ad Sullam: eleganter. Certe sensum commodum habet. Ernesti suspicatur *causa*, quia libri quidam habent *aura. Ficta causa* est, quae impedire Sullam diceretur, quare legatos admittere et audire

intercludere. Postremo isto hortatore, au-
ctore, intercessore, 5) ad Sullam legati non
adierunt: istius fide, ac potius perfidia, de-
cepti, id quod ex ipsis cognoscere poteritis,
si accusator voluerit testimonium eis denun-
tiare, 6) pro re certa spem falsam domum re-
tulerunt. In priuatis rebus si qui rem man- 111
datam non modo malitiosius gessisset, sui
quaestus aut commodi causa, verum etiam
negligentius; eum maiores summum admi-
sisse dedecus existimabant. Itaque mandati
constitutum est iudicium, 7) non minus turpe,
quam

dire non posset. Alii denique cum illis faciunt, qui per *horam* πρόφασιν, caussam aliquam speciosam, inanem ac fallacem, intelligunt, verbi causa: Sullam aut dormire, aut valetudini operam dare, aut aliquo negotio serio occupatum esse.

5) *Intercessore*, i. e. impediente, prohibente. *Hot.*

6) Nam reo denunciandi testimonii potestas non dabatur: nec defensor testes producebat; cum testes facti tantum producantur, vt scribit Asconius. *Denunciare alicui testimonium*, est accire, vocare aliquem ad testimonium dicendum; postulare, vt testimonium perhibeat.

7) Es wurde daher ein Untersuchungsgericht gegen die, welche einen übernommenen Auftrag vernachlässigt hatten, festgesetzt. *Mandati iudicium*, quo cognoscitur de eius culpa, qui rem sibi mandatam negligenter aut malitiose egerit. Est autem res mandata, quam quis non iussus magis, quam rogatus, suscepit: barbari *commissionem* vocant. *Heusing.* *Turpia* autem *iudicia* sunt, quae infamiam ac turpitudinem ei afferunt, qui iis iudiciis damnatus sit, qualia sunt mandati, furti. *Lamb.*

Nor-

quam furti: credo propterea, quod, quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operae nostrae vicaria, fides amicorum supponitur: quam qui laedit, oppugnat omnium commune praesidium, et quantum in ipso est, disturbat vitae societatem. Non enim possumus omnia per nos agere: alius in alia est re magis vtilis. Idcirco amicitiae comparantur, vt commune commodum mutuis officiis gu-
112 bernetur. Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es? cur mihi te offers, ac meis commodis, officio simulato, officis et obstas? recede de medio: per alium transigam. Suscipis onus officii, quod te putas sustinere posse: quod minime videtur graue iis, qui
39 minime ipsi leues sunt. Ergo idcirco turpis haec culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiam et fidem. Nam neque mandat quisquam fere, nisi amico: neque credit, nisi ei, quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis, simul et amicitiam dissoluere, et fallere eum, qui laesus non
113 esset, nisi credidisset. Itane est? 1) in minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio condemnetur necesse est: in re tanta, cum is, cui fama mortui, fortunae viui 2) commendatae sunt atque concreditae, igno-

1) Nonne ita est? Ist es denn nicht also?

2) Roscii filii, suis fortunis a duobus Rosciis, et a Chrysogono per iniuriam spoliati. *Manut.*

ignominia mortuum egestate viuum affecerit: 3) is inter honestos homines, atque adeo inter viuos numerabitur? 4) In minimis priuatisque rebus, etiam negligentia in crimen mandati, iudiciumque infamiae vocatur: 5) propterea

3) Haec lectio debetur manuscripto Jannoctii, primumque recepta in edit. Garotini, quae Neapoli prodiit 1775. In vulg. edd. reperiuntur asterisci, verbis *ignominia mortuum* praepositi, qui aliquid deesse significant. Deest nempe alterum membrum, quod ita respondeat *fortunis viui*, vt *famae mortui ignominia m.* Lacunam hanc explere tentauit Hotomannus integra phrasi, *viuum fortunis euerterit*, vel *viuum bonis spoliarit.* Lambinus a Cicerone scriptum fuisse existimat: *ad egestatem*, seu, *ad mendicitatem viuum redegerit:* vt, quemadmodum famae ignominia, sic fortunis egestas, seu mendicitas opponatur. Quod vero Ernesti non placet, quia et in antecedente est tantum vna phrasis, et fortuna et fama ad communia praedicata referuntur. Expleuit *damno viuum,* quae verba primo loco posuit, ante *ignominia mortuum*, vt Chiasmus fieret, qua figura in talibus libenter vtitur Cicero. Sed iam coniectura hac non opus est.

4) Sententia est: is non modo honestatem amittat, sed vitam ipsam. Dignus est, qui non modo ex honestorum, sed viuorum numero expungatur, qui tanti criminis reus est. *Graev.* Kann ein solcher wohl unter gutgesinnte Menschen gezählt oder überhaupt in der menschlichen Gesellschaft geduldet werden?

5) Auch bei geringfügigen und Priuat-Angelegenheiten macht man die Vernachlässigung eines übernommenen und nicht besorgten Auftrags zum Verbrechen und zur Schande bringenden Verantwortung vor Gericht. Hanc lectionem recepi pro vulgari: *iudiciumque infamiae*

pterea quod, ſi recte fiat, 6) illum negligere
oporteat, qui mandarit, non illum, qui man-
datum receperit: in re tanta, quae publice
geſta atque commiſſa ſit, 7) qui non negli-
gentia priuatum aliquod commodum laeſe-
rit, ſed perfidia legationis ipſius caerimoniam
polluerit maculaque affecerit: qua is tandem
poena afficietur? aut quo iudicio damnabi-
114 tur? Si hanc ei rem priuatim Sex. Roſcius
man-

famia reuocatur. *Crimen mandati* ſc. ſuſcepti nec perfecti, ſaltem male geſti. *Judicium infamiae* eſt, ubi de infami erga amicum ſe gerendi more cauſa dicenda eſt. Alii aliter; Graeuius: *negligentia mandati in crimen iudiciumque reuocatur*, abiecta voce *infamia*, quam *criminis* interpretationem eſſe putat; Manutius: *iudiciumque infamiae*, cui reſpondet aliorum coniectura: *iudiciique infamiam*, pro „iudicium turpe, quod infamiam affert. Vid. Cap. 38. §. 111. Hotomannus *in crimen mandatique iudicium infame vocatur*. Faërnus et Lamb. *in crimen iudiciumque infame vocatur*.

6) Id eſt: ſi is, cui res mandata eſt, recte, ſi officium faciat, et munere fungatur boni viri: oporteat eum, qui mandarit, rem negligere, quam mandauit, et quod ad eam rem attinet, in vtramque aurem dormire, in illius denique cura, diligentia ac fide acquieſcere. Ita *Lambinus* et *Manutius*; *Heuſingerus* vero ſic explicat: ſi ratio ſit aliqua, cur res mandata negligatur, non is negligere debeat, cui ea ſit mandata, ſed qui mandarit: Eandem ſententiam ſequitur Erneſti.

7) Quae totius ciuitatis nomine geſta, et Capitonis fidei commiſſa ſit. *Heuſing*. *Caerimonia* eſt ſanctitas inuiolabilis. *Graev*.

8) Caue-

mandauisset, vt eum Chrysogono transigeret
atque decideret, inque eam rem fidem suam,
si quid opus esse putaret, interponeret: 8)
ille, qui sese facturum recepisset, nonne si
ex eo negotio tantulum in rem suam conuer-
tisset, damnatus per arbitrum, 9) et rem re-
stitueret, et honestatem omnem amitte-
ret? 10) Nunc non hanc ei rem Sex. Roscius 115
mandauit, sed, id quod multo grauius est,
ipse

8) Caueret, rem ratam Roscium habiturum. *Hot.*

9) *Arbiter*, siue *honorarius* litigantium conuentione sumtus, siue a Praetore datus, maiorem, quam est iudicis, habet potestatem, qui non e certa formula quemadmodum iudex, sed ex eo, quod sibi aequum et bonum videatur, litem dirimat. Offic. III. cap. 16. sed est tamen interdum, vti h. l. pro *iudice*, vt *arbitrium* pro *iudicio*. Nam ea iudicia, in quibus adderetur: *ex fide bona*, quia similia arbitriis essent, *arbitria* vocabantur. *Ex fide bona* in caussis tutelae, mandati, fiduciae, pro socio etc. solebat addi. In iis ergo *arbitrium* etiam pro *iudicio* ponitur, quod haec iudicia proxime ad naturam arbitriorum accedunt. In his enim iudiciis, quemadmodum et in arbitrio, praetor nullam certam formulam praescribit sed omnem potestatem ex aequo et bono iudicandi iudicibus liberam relinquit. *Arbiter* ergo h. l. est iudex mandati. *Manut.* vid. etiam *Gesneri Thesaur.* et *Ernesti Clav.*

10) Dignitatem, existimationem, id est, infamia notaretur. Cap. 6. *Rem restitueret*, id est, quantum ex bona fide dare, facere illum mandati nomine oporteret, persolueret. *Hot.* Würde er nicht sowohl den Schaden ersetzen müssen, als auch seinen guten Nahmen verlieren?

natus. In eiusmodi vita, iudices, in his tot tantisque flagitiis, hoc quoque maleficium, 118 de quo iudicium eſt, reperietis. Etenim quaerere ita debetis: 8) vbi multa auare, multa audacter, multa improbe, multa perfidioſe facta videtis, ibi ſcelus quoque latere 9) inter illa tot flagitia putatote. Tametſi hoc quidem minime latet, quod ita promptum et propoſitum 10) eſt, vt non ex illis maleficiis, quae in illo conſtat eſſe, hoc intelligatur; verum ex hoc etiam, ſi quod illorum forte dubitabitur, conuincatur. Quid tandem, quaeſo, iudices? num aut ille laniſta 11) omnino iam a gladiatore receſſiſſe videtur:

8) Qui eſt perfidus, is et a caede non eſt alienus.

9) Graeuius *ibi id ſcelus* legere iubet: ſed nihil opus eſt additamento. Ratio enim et forma iudicandi eſt generalis: deinde tranſitus ad factum praeſens. *Scelus* per ſe plerumque ſignificat *caedem*, et plus eſt, quam *flagitium* vel *facinus*. v. infra Cap. 42. §. 122.

10) *Promptum* h. e. manifeſtum. *Propoſitum* h. e. in oculos incurrens, ante oculos poſitum.

11) T. Roſcius Capito, tanquam magiſter artis gladiatoriae. Vid. cap. 6. §. 17. *Diſcipulus*, T. Roſcius Magnus, qui aſſidebat in ſubſelliis accuſatorum. Hinc Hotomannus putat, pro *iſto* rectius legi *hic*, vt T. Magnum demonſtret; quod non male. Idem quoque probat *a gladiis*, pro, *a gladiatore*, vt ſenſus ſit: num ille ludi gladiatorii magiſter artem deſiiſſe videtur? ſed *a gladiatore* melius reſpondet ſequentibus, *magiſter* -- *diſcipulus*. Scheint wohl entweder iener Meiſter der Fechtkunſt überhaupt ietzt den Fechtmeiſter verleugnet zu haben, oder dieſer ſein Lehrling ſeinem

detur: aut iste discipulus magistro tantulum de arte concedere? Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina 12) audacia. Etenim, quoniam fidem magistri 41
cognostis, cognoscite nunc discipuli aequita- 119
tem. Dixi iam antea, 1) saepenumero postulatos esse ab istis 2) duos seruos in quaestionem. Tu semper, T. Rosci, recusasti. Quaero abs te, iine, qui postulabant, 3) indigni erant, qui impetrarent? an iste 4) non com-

seinem Meister nur im geringsten in der Kunst nachzustehen? *Concedere alicui de aliqua re* id quod *cedere alicui in aliqua re.* Ernesti Clav. in *concedere.*

12) Simillima. *Gemini* fere sunt inter se simillimi. Itaque ad eas res, quae sunt inter se simillimas, Latini hoc vocabulum transtulerunt. *Hot.*

1) Vid. cap. 28. §. 77.

2) Ab aduersariis: id est, nos ab aduersariis postulasse. *Manut.*

3) P. Scipionem et Metellum, clarissimos viros, significat, de quibus supra cap. 28. *Hot.*

4) Propria huius pronominis vis est in demonstrando eo, qui ex aliquo interuallo se praesentem ostentat: cum *hic* proprius adstantem assidentemue significet. Hinc fit, vt *iste* de eo dicatur, qui vel absens est, vel aduersarii locum obtinet, vt hac oratione de T. Roscio, ex aduerso in accusatorum subselliis sedente; *hic* de eo, qui vel praesens est, vel defenditur, de Sex. Roscio, cui in reorum subselliis locus erat, Ciceroni proximus. Cap. 6. §. 15-17. Hic vero Sex. Roscius, praesens, significatur, atque coniicit Heusingerus, rescribendum esse *is te*, duabus voculis, quod et aliis placuit.

5) Quod

ducitur, vt inter suos omnium deliciarum atque omnium artium puerulos, ex tot elegantissimis familiis lectos, velit hos versari homines paene operarios, ex Amerina disci-
121 plina patrisfamiliae rusticani. Non est ita profecto, iudices: non est verisimile, vt 12) Chrysogonus horum litteras adamarit, aut humanitatem: non, vt rei familiaris negotio diligentiam cognorit eorum et fidem. Est quiddam, quod occultatur; quod quo studiosius ab ipsis opprimitur et absconditur, eo magis eminet et apparet.

42. Quid igitur? Chrysogonus sui maleficii
122 occultandi causa quaestionem de his haberi non

alios aliis ingenuis artibus ac disciplinis, vt pictura, medicina, musica. *Hot.* *Vrbanitati* infra respondet *humanitas*, estque elegantia morum. Per ironiam ceterum dictum, quia rusticani operarii erant Sex. Roscii serui. *Familiis* h. e. seruis. *Ita credo* est, *ita esse credo*.

12) *Verisimile, ut*: durior est haec constructio. Non enim ita loquuntur latini, sed sequi solet accusatiuus cum infinitiuo; e. g. *verisimile non est, factum esse*, pro *verisimile non est, ut hoc factum sit.* Lambinus *verisimile* esse alienum putat. *Non est*, *ut*, dicitur pro, fieri, accidere non potest, ut etc. quo loquendi genere et Lucretius et Horatius saepe utuntur. Eadem tamen constructio est Verr. IV. cap. 6. *Verisimile non est, ut ille homo tam locuples religioni suae pecuniam anteponeret.* Pro P. Sext. cap. 36. *An verisimile est, ut ciuis Romanus cum gladio in forum descenderit ante lucem, ne de me ferri pateretur* —

1) Cri-

non vult? minime, iudices; non in omnes arbitror omnia conuenire. Ego in Chryſogono, quod ad me attinet, nihil eiusmodi ſuſpicor: neque hoc mihi nunc primum in mentem venit dicere. Meminiſtis, me ita diſtribuiſſe initio cauſam, in crimen, cuius tota argumentatio 1) permiſſa Erucio eſt, et in audaciam, cuius partes Roſciis impoſitae ſunt. Quidquid maleficii, ſceleris, caedis erit, proprium id Roſciorum eſſe debebit. Nimiam gratiam potentiamque 2) Chryſogoni, dicimus, et nobis obſtare, et perferri nullo modo poſſe: et a vobis, quoniam poteſtas data eſt, non modo infirmari, verum etiam vindicari oportere. Ego ſic exiſtimo: qui 123
quaeri velit ex iis, quos conſtat, cum caedes facta ſit, adfuiſſe, eum cupere verum inuenire: qui recuſet, eum profecto, tametſi verbo non audeat, tamen re ipſa de maleficio ſuo confiteri. Dixi initio, 3) iudices, nolle me plura de iſtorum ſcelere dicere, quam cauſa poſtularet, ac neceſſitas ipſa cogeret. Nam et multae res afferri poſſunt, et vnaquaeque earum multis cum argumentis dici poteſt.

1) Criminis arguendi ratio, probatio, argumentorum excogitatio, tractatio. *Heuſing.*

2) *Gratiam* apud Sullam, *potentiam* in iudiciis. Nam *gratia* apud ſuperiores dicitur, *potentia* in inferiores. *Hotom. Vindicari* h. e. plane ſupprimi, ne nocere poſſit amplius aliis.

3) Cap. 30. §. 83. Cap. 32. §. 91.

potest. Verum ego, quod inuitus ac necessario facio, neque diu, neque diligenter facere possum. Quae praeteriri nullo modo poterant, ea leuiter, iudices, attigi: quae posita sunt in suspicionibus, de quibus si coepero dicere, pluribus verbis sit differendum, ea vestris ingeniis coniecturaeque committo.

43 Venio nunc ad illud nomen aureum 1)
124 Chrysogoni, sub quo nomine tota societas statuitur: 2) de quo, iudices, neque quomodo dicam, neque quomodo taceam, reperire possum. Si enim taceo, vel maximam partem relinquo: sin autem dico, vereor, ne non ille solus, (id quod ad me nihil attinet) 3) sed alii quoque plures laesos se esse putent. Tametsi ita se res habet, vt mihi in communem causam sectorum dicendum nihil magnopere videatur. Haec enim causa noua
125 profecto et singularis est. Bonorum Sex. Roscii

1) Iocatur in Chrysogoni nomine. Ducitur enim a χρυσὸς, *aurum* et γένος, semen, soboles, vt *semen aureum*, *foetum aureum* significet. Haec vero ironia seruilis et contemtissimi generis exprobratio est, quod graecum nomen seruiens acceperat. *Hot. Heusing.*

2) Constituta est, qui caput est totius societatis, quam cum eo inierant duo Roscii, Magnus et Capito: qui vero non suo, sed Chrysogoni nomine bona Sex. Roscii inuaserant. *Heusing.*

3) Quod parum curo. Nihil se Chrysogoni iras timere simulat. *Idem.*

4) Si

Roſcii emtor eſt Chryſogonus. Primum hoc videamus, eius hominis bona qua ratione venierunt, aut quomodo venire potuerunt? atque hoc non ita quaeram, iudices, vt id dicam eſſe indignum, hominis innocentis bona veniſſe. Si enim haec audientur, 4) ac libere dicentur: non fuit tantus homo Sex. Roſcius in ciuitate, vt de eo potiſſimum conqueramur. Verum hoc ego quaero, qui potuerunt iſta ipſa lege, quae de proſcriptione eſt, ſiue Valeria 5) eſt, ſiue Cornelia; 6) non enim noui, nec ſcio; 7) verum

H 2 iſta

4) *Si* pro *etſi*, vel *ſi maxime*. Eſt ergo ſenſus: etſi haec contumelia bona cum venia ſortaſſe audiatur, et iudices eam palam fieri patiantur, tamen non tantus homo in ciuitate fuit Sex. Roſcius. *Hot.*

5) Lata enim erat a L. Valerio Flacco, qui, ciuitate conſulibus orbata, a ſenatu comitiorum habendorum cauſa interrex creatus, L. Cornelium Sullam dictatorem renuntiauit, legemque tulit, ut omnia, quae feciſſet, rata eſſent, poſſetque impune, quem vellet, indicta cauſa interficere. Cic. Agrar. III. cap. 2. [illegible]t. *Heuſing.*

6) Corneliam legem de proſcriptis tulit L. Cornelius Sulla, qua inter alia cautum eſt, ne quis proſcriptum iuuaret, ut proſcriptorum bona venirent ad Kalend. Iunias, et in Tabb. publicas ad aerarium pecunia redacta referretur. Cap. 44. §. 128.

7) Non ſine Sullae contumelia hoc dicitur, cuius leges ſe non noſſe dicit, cum nemini ciui Rom. nedum oratori, leges ignorare liceat. Dum vero eas ſe non legiſſe, nec, quis tulerit, ſcire ait: nec leges putare ſignificat. Tanto autem terrore ciuitatem perculerat proſcriptio Sullana, vt ſanguine ſcriptas leges nec le-

gere

ista ipsa lege, bona Sex. Roscii venire qui
126 potuerunt? Scriptum enim ita dicunt esse, UT EORUM BONA VENEANT, QUI PROSCRIPTI SUNT: quo in numero Sex. Roscius non est: AUT EORUM, QUI IN ADVERSARIORUM PRAESIDIIS OCCISI SUNT. Dum praesidia 8) vlla fuerunt, in Sullae praesidiis fuit. Posteaquam ab armis recesserunt, in summo otio rediens a coena Romae occisus est. Si lege, bona quoque lege venisse fateor: sin autem constat, contra omnes, non modo veteres 9) leges, verum etiam nouas, 10) occisum esse, bona quo iure, aut quo modo, 11) aut qua lege venierint, quae-
44 ro. In quem hoc dicam, quaeris, Eruci?
127 non in eum, quem vis, et putas. Nam Sullam et oratio mea ab initio, 1) et ipsius eximia virtus omni tempore purgauit. Ego haec omnia

gere quisquam auderet: cum Q. Aurelius, nullius sibi culpae conscius, forte in foro proscriptorum nomina legens, repertoque inter ea et suo, proripere se volens, statim occisus fuisset. *Heusing.*

8) Id est, *castra.* Pro Ligar. cap. 9. §. 28.

9) Quarum aliae vetabant, ciuem Rom. indemnatum necare, aliae prohibebant de capite ciuis Rom. nisi centuriatis comitiis iudicare. Nam C. Gracchus legem tulit, ne de capite ciuium Rom. iniussu populi iudicaretur. Portia lex virgas ab omnium ciuium Rom. corpore amouit. *Si lege* sc. occisus est.

10) Valeriam, siue Corneliam.

11) Scribendum putat Ernesti, *quo more:* ius, mos, lex, bene coniunguntur.

1) Cap. 8. §. 21. cap. 9. §. 25.

2) Fe-

omnia Chrysogonum fecisse dico, vt ementiretur, 2) vt malum ciuem Roscium fuisse fingeret, vt eum apud aduersarios 3) occisum esse diceret, vt hisce de rebus a legatis Amerinorum doceri L. Sullam passus non sit. Denique etiam illud suspicor, omnino haec bona non venisse: id quod postea, si per vos, iudices, licitum erit, 4) aperietur. 5) Opinor 28
enim esse in lege, quam ad diem 6) proscriptiones venditionesque fiant: nimirum Kalendas Iunias. 7) Aliquot post menses et homo occisus est, et bona venisse dicuntur. Profecto aut haec bona in tabulas publicas 8) nulla

2) *Fecisse dico, ut ementiretur* id est, *ementitum esse, finxisse, dixisse, passum non esse.* Et est latina constructio, qua veteres frequenter utebantur. Cic. Epist. ad Div. L. X. ep. 17. *Lepidus, quod ego desiderabam, fecit, ut Apellam ad me mitteret* i. e. misit. *Hotom.* et *Heusing.*

3) Marianos vel Cinnanos. *Heusing.*

4) Si me audire volueritis, ea, quae ad causam puto pertinere, libere narrantem. *Manut.*

5) Sed haec orationis pars intercidit. Vid. cap. 45. *Heusing.*

6) Id est, quod ad tempus vsque, quamdiu, ita ut postea nemo proscribendus esset. *Heusing.*

7) Id est: vsque ad Kalendas Iunias. *Nim. Kal. Iunias:* ita editiones primae; posteriores addidere *ad;* non necessario. *Gruter.*

8) Quas Quaestores aerarii asseruabant, et in quibus pecuniam, quae ex publicatis bonis redigebantur, perscribere solebant. Sunt ergo codices rationum publicarum. *Nulla redierunt*, id est, non redierunt.

nulla redierunt, nosque ab isto nebulone 9) facetius eludimur, quam putamus: aut si redierunt, tabulae publicae corruptae aliqua ratione sunt. Nam lege quidem bona venire non potuisse constat. Intelligo, me ante tempus, iudices, haec scrutari, et propemodum errare, qui, cum capiti Sex. Roscii mederi debeam, rediuiam curem. 10) Non enim laborat de pecunia: non ullius rationem sui commodi ducit: facile egestatem suam se laturum putat, si hac indigna suspicione et ficto
129 crimine liberatus sit. Verum quaeso a vobis, iudices, vt haec pauca, quae restant, ita audiatis, vt partim me dicere pro me ipso putetis partim pro Sex. Roscio. Quae enim mihi ipsi indigna et intolerabilia videntur, quaeque ad omnes, nisi prouidemus, arbitror per-

rant. Locutio autem ita nota est, vt exempla proferre nihil necesse sit. *Hot.* et *Ernest. Clav.* in *nullus*

9) A Chrysogono, qui sese bona Sex. Roscii de L. Sulla dicit emisse. Nimia linguae licentia, *Manut. Cellar.*

10) *Rediuia*, ut scribitur apud Festum, siue *reduuia* est particula cutis, quae circa ungues digitorum se resoluit, *Niednagel*, Prouerbium vero est, *cum capiti mederi debeas, reduuiam curare*, quod significat, rebus necessariis et magni momenti neglectis minores sectari. Sensus est igitur: cum magno malo mederi debeam, vitae scil. et capiti Sex. Roscii: nunc curam leuiusculi mali suscipio, de bonis scilicet, quae contra leges sunt vendita, de quibus ipse nihil laborat. *Hot.* et *Cellar.*

11) *Pro*

pertinere; ea pro me ipſo, 11) ex animi ſenſu ac dolore, pronuntio. Quae ad huius vitae caſum cauſamque pertineant, 12) et quid hic pro ſe dici velit, et qua conditione contentus ſit, iam in extrema oratione noſtra, iudices, audietis. Ego haec a Chryſogono, 45
mea ſponte, remoto Sex. Roſcio, quaero. 130
Primum, quare ciuis optimi bona venierint: deinde, quare hominis eius, qui neque proſcriptus, 1) neque apud aduerſarios occiſus eſt, bona venierint, cum in eos ſolos lex ſcripta ſit: deinde, quare aliquanto poſt eam diem venierint, quae dies in lege praefinita eſt: deinde, cur tantulo 2) venierint. Quae omnia ſi, quemadmodum ſolent liberti nequam et improbi facere, in patronum 3) ſuum voluerit conferre, nihil egerit. Nemo

eſt

11) *Pro me ipſo:* auf eigene Veranlaſſung, mea ſponte, remoto Roſcio. Ita ipſe Cicero explicat cap. 45.

12) Quae pertineant ad Sex. Roſcii vitae caſum, i. e. calamitatem Sex. Roſcii, periculum vitae, eiusque cauſam ac defenſionem. *Hotom.*

1) *Neque proſcriptus:* haec duo verba, in nullo veteri exemplari reperta, Hotomannus adiicienda credidit: cui deinde Lambinus, P. Manutius et Graterus aſſenſerunt. Ceterum res et ſententia ea requirit. Nam ſequens *neque* ſatis indicat, alterum membrum excidiſſe.

2) Duobus millibus nummum. Vid. cap. 2.

3) L. Sullam. Dictum hoc eſt ad euitandam Sullae offenſionem. Nam huius rei culpa in Sullam conferri potuit.

2) De-

est enim, qui nesciat, propter magnitudinem rerum multa multos, (partim conniuente) 4)
131 partim imprudente L. Sulla, commisisse. Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia praeteriri? 5) non placet, iudices: sed necesse est. Etenim si Iupiter optimus maximus, cuius nutu et arbitrio coelum, terra, mariaque reguntur, saepe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore, hominibus nocuit, vrbes deleuit, fruges perdidit: quorum nihil, pernicii 6) causa, diuino consilio, 7) sed vi ipsa et magnitudine rerum, 8) factum putamus: at contra, commoda,

4) Desunt haec in MSS. aut edd. pr. et abesse possunt; a Victorio et P. Manutio demum inuecta. Hic in sequentibus de sola imprudentia sermo est: et *partim* non necessario aliud *partim* ante, aut post se habet. *Gruter. Cellar.*

5) Ab eo, qui rempublicam gubernat. Deus non potest omnia mala animaduertere: multo ergo minus Sulla. *Placet igitur* h. e. licet. Kann es also wohl geschehen, dass —

6) *Pernicii* antiquus genitiuus pro *perniciei*. Alii: *pernicies*, et *pernicie*. Sic enim nomina quintae declinationis inflectebant veteres. Vt illud Virgilii: *Libra die somnique pares ubi fecerit horas.*

7) Quod ita Iupiter ipse velit: quemadmodum nec Sulla fieri vult ea, quae fiunt. Plus enim naturam posse, quam deos, et ipsos fato subiectos, philosophis placebat. V. Cicer. Lib. III. offic. cap. 28. seqq. *Heus.*

8) *Vi ipsa*, id est, a natura. *Magnitudine rerum*: quod res ipsae pro sua natura tantum possint. Casum et fortunam intelligit Cicero. *Manut.*

9) Haec

moda, quibus vtimur, 9) lucemque, qua fruimur, spiritumque, quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus: quid miramur, L. Sullam, cum solus rempublicam regeret, orbemque terrarum gubernaret, imperiique maiestatem, quam armis receperat, legibus confirmaret, aliqua animaduertere non potuisse? nisi hoc mirum est, 10) quod vis diuina assequi non possit, si id mens humana adepta non sit. Verum vt haec missa 32
faciam, quae iam facta sunt: ex iis, quae nunc maxime 11) fiunt, nonne quiuis potest intelligere, omnium architectum et machinatorem 12) vnum esse Chrysogonum, qui Sex. Roscii nomen deferendum curauit? hoc iudicium, 13) cuius honoris causa accusare dixit Erucius?

Desunt non pauca.

aptam

9) Haec addit ad colligendam Sullae gratiam; ut, sicut a Ioue, item ab ipso plura dari atque impertiri commoda, quam inferri damna, videantur. *Idem.*

10) Hoc loquendi genus ad negandum usurpatur. Est ergo dictum, pro: *mirum non est.* V. Cap. 29. §. 82. *Idem.*

11) Hoc ipso tempore, hoc ipso temporis puncto ac momento. *Hot.*

12) *Architectus,* i. q. *auctor; machinator,* i. e. inuentor rei malae.

13) Lambinus supplet *constituit.* Multa hic desunt. Primum totus ille locus, in quo ostendit, bona Sex. Roscii tantulo venire non debuisse; deinde principium illius capitis, quo Chrysogoni potentiam in inuidiam adducit; ut omnium Sullae libertorum abundantissimi

et

46 aptam et ratione dispositam se habere existimant, qui in Salentinis, 1) aut in Brutiis 2) habent, vnde vix ter in anno 3) audire nuntium possunt.

133 Alter 4) tibi descendit de palatio 5) et aedibus suis: habet animi relaxandi causa rus amoenum et suburbanum, plura praeterea praedia, neque tamen vllum, nisi praeclarum et propinquum: domus referta vasis Corinthiis 6) et Deliacis, in quibus est authepsa illa, 7)

et potentissimi. Finge igitur, talia quaedam a Cicerone dicta esse, ut videas, quo pertineant haec, quae sequuntur. Alii item Sullae liberti fundis, et villis remotis, et deuiis, neque ita fructuosis contenti sunt: Chrysogonus autem villas habet suburbanas, opportunissimas, instructissimas ac fructuosissimas. Hi domum aptam, et ratione etc. *Lamb.*

1) *Salentini:* incolae oppidi Salentiae, in Calabria.

2) *Brutii:* populi magnae Graeciae.

3) *In* de tempore pro *intra, per. Dreymal des Iahrs.* V. *Schwarz. ad Tursell.*

4) Chrysogonum describit, quem habere aedes in palatio, cum seruus fuerit, indignissimum videtur. *Tibi:* indignantis pleonasmus. *Manut.*

5) Ubi non serui, sed principes ciuitatis habitare solebant. *Heusing.*

6) Vasa aeris Corinthii erant celebratissima, propter aeris praestantiam. Capta enim incensaque Corintho, aurum, argentum, aes igne corrupta, permistaque sunt. Inde aes Corinthium, et vasa Corinthia primae nobilitatis, propter aurum et argentum. Hanc fabellam de aeris Corinthiaci origine refellit ex ipso Plinio Bochardus Hierozoici lib. VI. cap. 16. ubi ostendit, excidio Corinthiaco illud longe esse antiquius.

illa, 7) quam tanto pretio nuper mercatus est, vt, qui praetereuntes pretium enumerari 8) audiebant, fundum venire arbitrarentur. Quid praeterea caelati argenti? 9) quid stragulae vestis? 10) quid pictarum tabularum?

quius. Secundum locum Deliaca obtinebant. *Delos* autem est insula celebris in mari Aegaeo, et centrum insularum Cycladum. Vid. pro lege Manil. Cap. 18. §. 55. *Manut.*

7) *Authepsa* (ex αὐτὸς et ἕψω, *coquo*, quasi per se cibos coqueret, neque foco opus esset,) vas videtur fuisse ex aere, duos habens fundos, quorum in superiori continebat rem coquendam, in inferiori foculum cum igne, coquendis, quae supra posita fuerant, accommodato. *Hot.* et *Ernesti Clav.* Huius generis fere sunt vasa illa, quibus ad potiones aquae calidae conficiendas utimur, quae vulgo *Theemachinen* vocant. *Heusing.*

8) Si vera est lectio, intelligenda est, ut putat Heusingerus, siue praeconis praedicatio, siue pretii enumeratio in auctione, ubi, quantum singuli in foro licitarentur, ex praeconis voce intelligere poterant praetereuntes. *Gruterus* habet *numerare*, vel *praeconi adnumerari*; sed male, secundum *Ernesti*, qui Heusingero potius assentitur.

9) *Argentum caelatum* dicit vasa caelata, ex argento facta, quibus signa insculpta sunt, sine quibus *argentum purum est*. Vid. *Ernesti Clav.* *Quid* pro: quantum.

10) *Vestis*, saepe simpliciter positum, illud etiam est, quod insternendi causa paratur. Hinc *stragula vestis* dicitur, non quae indueretur, sed qua lecti conuiuiales insternerentur. Bettmatratze. *Heusing.*

11) Ima-

rum? quid ſignorum? 11) quid marmoris 12) apud illum putatis eſſe? tantum ſcilicet, quantum e multis ſplendidisque familiis in turba et rapinis 13) coaceruari vna in domo
134 potuit. Familiam 14) vero quantam, et quam variis cum artificiis habeat, quid ego dicam? Mitto haſce artes vulgares, coquos, piſtores, lecticarios: 15) animi et aurium cauſa tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum, et neruorum, et tibiarum, nocturnisque conuiuiis tota vicinitas perſonet. In hac vita, iudices, quos ſumtus quotidianos, quas effuſiones fieri putatis? quae vero conuiuia? honeſta, credo, in eiusmodi domo: ſi domus haec habenda eſt potius, quam officina nequitiae 16) et diuerſorium flagitio-
135 rum omnium. Ipſe vero quemadmodum com-

11) Imaginum, ſtatuarum. *Salluſt.* Cat. cap. XI. *Ibi primum inſueuit exercitus populi Rom. amare, potare, ſigna, tabulas pictas, vaſa caelata mirari, ea priuatim ac publice rapere* etc.

12) Ex quo pauimenta teſſellata et ſectilia conficiebant. *Heuſing.*

13) Proſcriptione Sullana Chryſogonus diues factus fuerat. *Cell.*

14) *Familia* ſunt *ſerui.* Familia *cum artificiis* dicitur, ut *cum bonis moribus, cum ingenio* homo. Poſſis et *artificia* interpretari *artifices. Heuſing.*

15) Qui lecticam domini geſtare ſolebant. Cic. epp. ad Div. Lib. IV. epiſt. 12. *Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre.*

16) Luxuriae, libidinis. Vid. cap. 14. §. 39.

17) To-

compoſito et delibuto capillo paſſim per forum volitet cum magna caterua togatorum, 17) videtis, iudices. Etiam videtis, vt omnes deſpiciat, vt hominem prae ſe neminem putet, vt ſe ſolum beatum, ſolum potentem putet. Quae vero efficiat, et quae conetur, ſi velim commemorare, vereor, iudices, ne quis imperitior exiſtimet, me cauſam nobilitatis victoriamque voluiſſe laedere: 18) tametſi meo iure 19) poſſum, ſi quid in hac parte mihi non placeat, vituperare. Non enim vereor, ne quis alienum me animum habuiſſe a cauſa nobilitatis 20) exiſtimet. Sciunt ii, qui me norunt, me, 47
pro illa tenui infirmaque parte, 1) poſtea- 136
quam

17) *Togatus* pro ciue Romano; quod ciuium Rom. toga propria. Itaque togati opponuntur Graecis, uti h. l. Togati hi ſe in Chryſogoni fidem et clientelam contulerunt. Cap. 37. §. 106. Clientes enim ſuos patronos affectationis officio colebant, et honoris cauſa, cum illi urbem obibant, ducebant et reducebant. Inuidioſe autem hoc dicitur de togatis, qui libertum hominem ita obſeruanter affectabantur, quod erat indignum. *Hot.*

18) Contumelia afficere, inuiſam plebeiis reddere, quaſi Sullani tyrannidem affectent. Opponitur huic verbo *ornare.* Cap. 47. §. 138 *Heuſing.*

19) Quod ſatis conſtat, me partes Sullanas ſemper ſecutum eſſe: quod ipſe Sullanarum partium ſum. *Idem.*

20) Id eſt, a parte Sullana.

1) Marii, Cinnae, Carbonis partes intelligit vetus Scholiaſtes et Hotomannus: rectius Lambinus, *pro mea illa virili parte, pro mearum opum tenuitate.*

2) Se.

DECREVISSEM. 3) Decerne, modo recte: omnes approbabunt. HOC IUDICASSEM. Laudabunt omnes, si recte et ordine 4) iudi-
139 caris. Dum necesse erat, resque ipsa cogebat, vnus omnia poterat: qui posteaquam magistratus creauit, 5) legesque constituit, sua cuique procuratio auctoritasque est restituta. Quam si retinere volunt ii, qui recuperarunt: in perpetuum poterunt obtinere. Sin has caedes et rapinas, et hos tantos tamque profusos sumtus aut facient, aut approbabunt; nolo in eos grauius quidquam, ne ominis quidem causa, 6) dicere. Vnum hoc dico: nostri isti nobiles, nisi vigilantes, et boni, et fortes, et misericordes erunt, iis hominibus, in quibus haec erunt, 7) orna-
140 menta sua concedant necesse est. Quapropter desinant aliquando dicere, male aliquem locu-

3) *Decernere* est sententiam in senatu dicentium, quod dicunt, quid a senatu decerni velint. Nec minus tamen de iudicibus quoque dicitur. Praetor decernit, cum ex edicto ius dicit.

4) Non praepostere, re antea cognita, iuste. *Heusing.*

5) Cn. Papyrio et C. Mario Coss. altero in Sicilia, altero Praeneste interfectis, L. Sulla, urbe potitus, dictator a L. Flacco interrege dictus est. Proximis tamen Kalendis Ianuariis, ut speciem quandam antiquae dignitatis reipubl. retineret, Consules creari permisit M. Tullium et Corn. Dolabellam, sed dicis causa ut ipse nihilominus solus imperaret *Hot.*

6) Tantum abest, ut iis graue aliquid imprecer, ut ne ominari quidem male iis velim. *Manut.*

7) Vigilantia, virtus, fortitudo, misericordia. *Heusing.*

locutum esse, si quis vere ac libere locutus sit: desinant suam causam cum Chrysogono communicare: 8) desinant, si ille laesus sit, de se aliquid detractum arbitrari: videant, ne turpe miserumque sit, eos, qui equestrem splendorem 9) pati non potuerunt, serui nequissimi 10) dominationem ferre posse. Quae quidem dominatio, iudices, in aliis rebus antea versabatur: nunc vero quam viam munitet, quod iter affectet, 11) videtis: ad fidem, ad iusiurandum, ad iudicia vestra, ad id, quod solum prope in ciuitate sincerum sanc-

8) Communem putare cum Chrysogono; eandem esse, quae illius. *Idem.*

9) Equestrem ordinem, iudicia administrantem. Huic autem ordini Sulla victor iudicia ademerat, et in Senatorum ordinem transtulerat. *Hot. Splendor* autem proprie tribuitur *equitibus*, unde *splendidi* dicuntur. V. *Ernesti Clav.*

10) Chrysogoni, liberti iam, sed quondam serui. *Manut.*

11) *Quam viam - - affectet*: totum hoc e poëta sumtum esse Grutero videtur. Nam pedes aperte apparent Trochaici versus,

— *Quam viam*
Munitet, quod iter affectet —

Munitet est pro *muniat, munire cupiat*, i. e. quid paret, quid moliatur, quas in res potestatem sibi arroget. Renatus Boëmoraeus legendum putat, *quo viam munitet, quo iter affectet*; sed non arbitratur Ernesti esse necessarium. Rarum est verbum *munito*, penultima longa pronunciandum, ut *dormito*, nec alibi legitur.

141 ſanctumque teſtat. Hicne etiam ſeſe putat aliquid poſſe Chryſogonus? hic etiam potens eſſe vult? O rem miſeram atque acerbam! Neque mehercules hoc indigne fero, quod verear, ne quid poſſit: verum quod auſus eſt, quod ſperauit, ſeſe apud tales viros aliquid ad perniciem poſſe innocentis, id ipſum
49 queror. Idcircone experrecta nobilitas 1) armis atque ferro rempublicam 2) recuperauit, vt, ad libidinem ſuam, liberti ſeruulique nobilium, bona, fortunas veſtras noſtras-
142 que vexare poſſent? Si id actum eſt, fateor me erraſſe, qui hoc maluerim: fateor inſaniſſe, qui cum illis ſenſerim; tametſi inermis, iudices, ſenſi. Sin autem victoria nobilium 3) ornamento atque emolumento reipublicae populoque Romano debet eſſe: tum vero optimo et nobiliſſimo cuique meam orationem gratiſſimam eſſe oportet. Quodſi quis eſt, qui et ſe et cauſam laedi putet, cum Chryſogonus vituperatur: is cauſam 4) igno-

1) Partes Sullanae.

2) *Respubl.* h. l. ſecuritas publica, quae parta eſt oppreſſis Marianis, hoſtibus nobilitatis.

3) Victoria Sullae, qui nobilium partes contra Marianos defenderat. *Cellar.*

4) Cauſa erat victoria nobilitatis, Sulla duce, de Marianis, id eſt, de plebe, parta, eiusque arbitrio conſtituta reſpublica, reddita optimatibus dignitas. Hanc ignorare eum dicit, qui cum Chryſogoni dominatione eam coniunctam eſſe putet. Eam enim reprehendi et poſſe et debere, etiamſi reipubl. ſtatus ſummo opere

ignorat; se ipsum prope non nouit. 5) Causa enim splendidior fiet, si nequissimo cuique resistetur. Ille improbissimus Chrysogoni fautor, qui sibi cum illo rationem communicatam putat, 6) laeditur, 7) cum ab hoc splendore causae separatur.

Verum haec omnis oratio (vt iam ante 43
dixi) 8) mea est, qua me vti respublica, et dolor meus, et istorum iniuria coëgit. Sed Roscius 9) horum nil indignum putat; neminem accusat: nihil de suo patrimonio queritur: putat homo imperitus morum, agricola et rusticus, ista omnia, quae vos per Sullam

opere probetur, qui tanto plus splendoris habiturus, tanto gratior futurus sit, quanto minus loci libertorum potentiae reliquerit. *Heusing.*

5) Nescit, se nobilem esse, cui nihil commune sit cum libertis. *Idem.*

6) Qui suam rationem eandem esse, quae Chrysogoni; qui omnia sibi cum Chrysogono communia esse putat. *Idem.*

7) Se ipse laedit, reprehensione et odio dignum se ostendit; dum separat se a splendidissima optimatium causa, qui non id egerant, ut in liberos homines omnia seruis licerent; sed ut suum quisque locum obtineret, et in seruos dominarentur potius liberi. Hoc ipso enim Sullana causa Marianae praestabat, quod Marius indignis honores patere voluerat. *Idem.*

8) Vid. cap. 44. §. 129.

9) Vid. cap. 45. §. 130. Omnia, quae inde dicta sunt, non quasi patronus Sex. Roscii, sed quasi bonus ciuis disputasse vult videri: ut, si quid forte offenderit, id ne reo noceat. *Idem.*

geſta eſſe dicitis, more, lege, iure gentium facta: culpa liberatus, et crimine nefario ſo-
144 lutus cupit a vobis diſcedere. 10) Si hac indigna ſuſpicione careat, animo aequo ſe carere ſuis omnibus commodis dicit. Rogat oratque te, Chryſogone, ſi nihil de patris fortunis ampliſſimis in ſuam rem conuertit: ſi nulla in re te fraudauit: ſi tibi optima fide ſua omnia conceſſit, annumerauit, appendit: ſi veſtitum, quo ipſe tectus erat, annulumque de digito ſuum 11) tibi tradidit: ſi ex omnibus rebus ſe ipſum nudum, neque praeterea quidquam excepit: vt ſibi per te liceat innocenti

10) Dimitti, optato iudicii euentu. Vid. Cornel. Nep. Epam. cap. IIX. *Sic a iudicio capitis maxima diſceſſit gloria.* Idem Phoc. cap. II. *ab eodem in iudiciis defenſus, aliquoties liberatus diſceſſerat.* *Idem.*

11) Hanc elegantem correctionem, quae Lambini eſt, ſecuti ſunt fere omnes viri docti. Intelligendus eſt autem annulus ſignatorius et ferreus; nam aureo ſenatoribus tantum, et equitibus Romanis uti licebat. Annuli autem traditi mentionem facit, quaſi omnibus fortunis euerſus Roſcius etiam annulum de digito detraxiſſet, eumque Chryſogono dediſſet. *Hotoman.* Verburgii etiam lectio ſe probabit omnibus, qui diligentius rem velint examinare. Ita enim coniicit non infelicitet: *annulumque dedit, rus ſuum tibi tradidit.* Senſus eſt: Omnia paterna bona Chryſogono dederat Roſcius, denique veſtitum, annulum, atque adeo ipſum rus, quod colebat, atque unicum illi reſtabat, tradidit, nihil praeter ſe ipſum, et quidem nudum excipiens.

1) Cae-

centi amicorum opibus vitam in egestate degere. Praedia mea tu possides; ego aliena 50
misericordia 1) viuo: concedo; et quod ani- 145
nus aequus est, et quia necesse est. Mea
lomus tibi patet, mihi clausa est: fero. Familia mea maxima vteris, ego seruum habeo nullum: patior et ferendum puto. Quid is amplius? quid insequeris? quid oppugnas? qua in re tuam voluntatem laedi a me utas? vbi tuis commodis officio? quid tibi bsto? Si spoliarum causa vis hominem occiere, spoliasti. Quid quaeris amplius? Si iimicitiarum: quae sunt tibi inimicitiae cum o, cuius ante praedia possedisti, quam ipım cognosti? Sin metuis: 2) ab eone aliuid metuis, quem vides ipsum ab sese tam trocem iniuriam propulsare non posse? Sin, uod bona, quae Roscii fuerunt, tua facta ınt, idcirco hunc illius filium studes perde: nonne ostendis, id te vereri, quod praeer ceteros tu metuere non debeas, 3) ne uando liberis proscriptorum bona patria reddan-

Caeciliae, Balearici filiae. V. §. 147. et cap. 10. §. 27.

Ne tibi ille aliqua re noceat, *Manut.* Fortasse autem *motus* scilicet *causa*. *Aliquid metuis*, Graeuius rescripsit, unius codicis fide, pro vulgato *metuis*. Sed nihil opus est.

Cum tantum apud Sullam gratia valeas, quantum in ciuitate nemo alius. *Hot.*

146 dantur? 4) Facis iniuriam, 5) Chrysogone, si maiorem spem emtionis tuae in huius exitio ponis, quam in his rebus, quas L. Sulla gessit. 6) Quod si tibi causa nulla est, cur hunc miserum tanta calamitate affici velis: si tibi omnia sua, praeter animam, tradidit, nec sibi quidquam paternum, ne monumenti quidem causa, 7) reseruauit: per deos immortales, quae ista tanta crudelitas est? quae tam fera immanisque natura? Quis vmquam praedo fuit tam nefarius, quis pirata tam barbarus, vt, cum integram praedam sine sanguine 8) habere posset, cruenda spolia detra-
147 here mallet? Scis hunc nihil habere, nihil audere, nihil posse, nihil vmquam contra rem tuam 9) cogitasse; et tamen oppugnas eum, quem neque metuere potes, neque odisse debes, nec quidquam habere iam reliqui

4) Quae ne redderentur, Valeria lege cautum erat. *Manut.*

5) Iniuste facis, si spem certae possessionis Roscianorum bonorum, quae emisti, in erepta potius huic vita ponis, quam in lege Valeria, (de qua supra ad cap. 43. §. 125.) qua omnia Sullae acta rata esse iubentur. Ea si quando abrogabitur, amittes rapinam, etiam si non fuerit Sex. Roscius. *Heusing.*

6) Quas L. Flaccus interrex ratas in perpetuum esse iussit. *Hot.*

7) Hoc est, ne tantum quidem agri, quantum adeundo monumento patrio satis est. Nam extra urbem sepulcra erant. Cap. 9. §. 24.

8) Sine caede eius, quem spoliaret. *Heusing.*

9) Utilitatem, commodum.

qui vides, quod ei detrahere possis: nisi 10) hoc indignum putas, quod vestitum 11) sedere in iudicio vides: quem tu e patrimonio, tamquam e naufragio, nudum expulisti. Quasi vero nescias, hunc et ali et vestiri a Caecilia, Balearici filia, 12) Nepotis sorore, spectatissima foemina: quae cum patrem clarissimum, amplissimos patruos, ornatissimum fratrem haberet, tamen, cum esset mulier, virtute perfecit, vt, honore 13) ipsa ex illorum dignitate afficeretur, non minora illis ornamenta ex sua laude redderet. An quod diligenter defenditur, 1) id tibi indignum facinus 51
videtur? Mihi crede, si pro patris eius ho- 148
spitiis et gratia vellent omnes huius hospites adesse, et auderent libere defendere: satis copiose defenderetur. Sin autem pro magnitudine iniuriae, proque eo, quod summa respubl. 2) in huius periculo tentatur, haec omnes

10) *Nisi* per se ironiae seruit. Cap. 29. §. 82. n. 11.

11) Nam atra toga indutus, cum barba et capillo, in iudicium reorum more venerat. *Hot.*

12) Vid. cap. 10. §. 27.

13) Hanc lectionem suasit Ernesti pro vulgari, *quanto honore*, quae verba sequentibus *non minora* minus bene respondent. Hinc illam in textum recepi.

1) Aduocationem ipsius copiosam significat. *Hot.*

2) *Summa respubl. tentatur*, est, publica libertas, et id, a quo salus uniuersae reipublicae pendet, in periculum vocatur; id agitur, ut respubl. euertatur, ut optimis quibusque ciuibus, qui sua virtute rempublicam sustinent, exitium ac pernicies afferatur. Nam

omnes vindicarent: consistere mehercule vobis isto in loco non liceret. Nunc ita defenditur, non sane vt moleste ferre aduersarii debeant, neque vt se potentia superari putent.
149 Quae domi gerenda sunt, 3) ea per Caeciliam transiguntur: fori iudiciique rationem Messala, 4) vt videtis, Iudices, suscepit. Qui si iam satis aetatis atque roboris 5) haberet, ipse pro Sex. Roscio diceret. Quoniam ad dicendum impedimento est aetas, 6) et pudor, qui ornat aetatem, causam mihi tradidit, quem sua causa cupere ac debere intelligebat. 7) Ipse assiduitate, consilio, auctorita-

si hunc innocentem iudicio damnarent homines nefarii; in summum respubl. discrimen adduceretur. Quis enim, quod liberet, id sibi licere non putaret? *Hot.* et *Manut.* V. etiam *Ernesti Clav.* in *summus*.

3) Quod ad Roscii victum vestitumque attinet. *Manut.* Seine häusliche Angelegenheiten und Bedürfnisse.

4) M. Valerius Massala, qui bienno post Ciceronem consul fuit.

5) Quo pueri et adolescentes carent. Iuniorem ergo fuisse Cicerone, atque aliquot quidem annis vel ex his videre licet. Cic. in Bruto cap. LXX. *M. Messala minor natu, quam nos.* *Manut.*

6) Annus legitimus causas publicas agendi fuit decimus octavus. Nam anno aetatis XVII. pueri deposita praetexta virilem sumebant, atque in forum a parentibus deducebantur, ut vitam ciuilem auspicarentur; quod *forum attingere* dicit Cicero, et *in forum venire*. *Hot.*

7) *Quem sua causa intelligebat:* von dem er wuste, dass ich um seinetwillen (aus Freundschaft und Achtung gegen ihn) dazu geneigt seyn und mich dazu ver-

ritate, 8) diligentia perfecit, vt Sex. Roscii vita, erepta de manibus sectorum, 9) sententiis iudicum permitteretur. Nimirum, iudices, pro hac nobilitate pars maxima ciuitatis in armis fuit: haec acta res est, vti nobiles restituerentur 10) in ciuitatem, qui hoc facerent, quod facere Messallam videtis: qui caput 11) innocentis defenderent: qui iniuriae resisterent: qui, quantum possent, in salute alterius, quam in exitio, mallent ostendere. Quod si omnes, qui eodem loco 12) nati

verpflichtet achten würde. In priore *cupere* amor ostenditur, in posteriore *debere* officium. Sensus est: sciebat, amore et beneficiis sibi me adeo esse deuinctum, ut negare non possem. *Manut. Heusing.*

8) Non ex gestis magistratibus, cum esset adolescentulus, sed ob nobilitatem. *Idem.*

9) Qui bona patris eius, tanquam proscripti, se emisse dicunt. Pertinet hoc primum ad Chrysogonum, deinde ad duos Roscios, cum quibus ille praedam communicauit. *Idem.*

10) Etenim Sulla in bellum Mithridaticum profecto, Marius et Cinna vi in urbem cum hostili exercitu regressi, et consulem utrumque, Octauium scilicet et Merulam, et omnes aduersae partis nobiles partim occiderunt, partim qui effugere potuerant, proscripserunt. *Hot. Pro hac nobilitate:* pro huius generis nobilitate, in qua similis est virtus.

11) *Caput*, et vitam, et libertatem, et famam adeo et existimationem complectitur, sine qua vita nulla putatur. Vid. *Ernesti Clav.*

12) In quibus par nobilitas est. *Manut.*

nati sunt, facerent: et respublica ex illis, et ipsi ex inuidia minus laborarent. 13)

52 Verum si a Chrysogono, iudices, non impetramus, vt pecunia nostra contentus sit, vitam ne petat: 1) si ille adduci non potest, vt, cum ademerit nobis omnia, quae nostra erant propria, ne lucem quoque hanc, quae communis est, eripere cupiat: si non satis habet auaritiam suam pecunia explere, nisi etiam crudelitate sanguinis perlitus sit: 2) vnum perfugium, iudices, vna spes reliqua est Sex. Roscio, eadem, quae reipublicae, vestra pristina bonitas et misericordia. Quae si manet, salui etiam nunc esse possumus: sin ea crudelitas, quae hoc tempore in republica versata 3) est, vestros quoque animos (id quod fieri profecto non potest) duriores acerbioresque reddidit; actum est, 4) iudices;

13) *Et respublica-laborarent:* so würde so wohl die Republik weniger von ienen beunruhiget, als auch sie selbst weniger gehasst werden. *Ex inuidia laborare:* inuisum et odiosum esse.

1) Mirabilis locus in epilogis inducendus ad misericordiam iudicum commouendam. Similis ille pro Quintio cap. XXX. in fine. *Idem.* *Pecuniam* pro bonis omnibus, ut alibi quoque, posuit.

2) Sanguine crudeliter effuso, crudeli caede adspersus sit et perfusus. *Heusing.*

3) Alii: *grassata,* quae scriptura *Ursino* vehementer placet.

4) In summa rerum desperatione ponitur, ut saepe apud Terentium. *Hot.*

ces; inter feras ſatius eſt aetatem degere,
quam in hac tanta immanitate verſari. Ad 51
eamne rem vos reſeruati eſtis? ad eamne rem
delecti, vt eos condemnaretis, quos ſecto-
res ac ſicarii iugulare non potuiſſent? Solent
hoc boni imperatores facere, cum praelium
committunt, vt in eo loco, quo fugam ho-
ſtium fore arbitrentur, milites collocent; in
quos, ſi qui ex acie ſugerint, de improuiſo
incidant. Nimirum ſimiliter arbitrantur iſti
bonorum emtores, vos hic, tales viros, ſe-
dere, qui excipiatis eos, qui de ſuis mani-
bus effugerint. Dii prohibeant, iudices, vt
hoc, quod maiores conſilium publicum 5)
vocari

5) *Conſilium publicum* alias dicitur Senatus, ut etiam in hac oratione Cap. 53. §. 153. Hic vero intelligitur conſeſſus iudicum, de publicis criminibus cognoſcentium, publicae utilitati conſulentium. Cap. 3. §. 8. *Qui-ex ſenatu in hoc conſilium delecti eſtis.* Neque vero idcirco hic iudicum conſeſſus vocatur publicum conſilium, quod ſenatores hi iudices eſſent. Non enim pars tam exigua ſenatus *publicum conſilium* vocatur, ſed cunctus ſenatus. Praeterea non ut Senatores hic ſedebant, ſed ut iudices. Nec maiores iudicium hoc publicum, *conſilium publicum* eo duntaxat tempore vocari voluerunt, quo ſoli Senatores iudicabant. Quid enim? duos abhinc annos conſeſſus Equitum et Senatorum: decem autem poſt annos Equitum, Senatorum et Tribunorum aerarii *publicum conſilium* eodem modo vocitatum eſt. *Publica conſilia* omnia iudicia publica appellata ſunt, et diſtincta hoc nomine a priuatis, quae *conſilia priuata* dicebantur, quippe quod non rei communis et publicae, ſed

vocari voluerunt, praesidium sectorum exi-
152 stimetur. An vero, iudices, vos non intel-
ligitis, nihil aliud agi, nisi vt proscriptorum
liberi 6) quauis ratione tollantur, et eius rei
initium in vestro iureiurando, 7) atque in
Sex. Roscii periculo quaeri? Dubium est,
ad quem maleficium pertineat, 8) cum videa-
tis ex altera parte sectorem, inimicum, sica-
rium, eundemque accusatorem hoc tempore,
ex altera parte egentem, probatum suis fi-
lium, in quo non modo culpa nulla, sed ne
suspicio quidem potuit consistere? Numquid
aliud 9) videtis obstare Roscio, nisi quod pa-
53 tris bona venierunt? Quodsi vos id suscipi-
153 tis, et ad eandem rem operam vestram pro-
fitemini: si idcirco sedetis, vt ad vos addu-
cantur

sed priuatae tantum et pecuniariae rei causa sint advocata. *Hot.*

6) Quos petendorum magistratuum potestate Sulla priuauit, occidi tamen noluit. *Manut.*

7) Vide Cap. 3. §. 8. Ut vestris sententiis condemnetis Sex. Roscium contra leges, quas vos esse seruaturos iureiurando polliciti estis. *Idem. Et eius rei quaeri;* und dass man den Anfang damit durch euren Richterspruch, oder durch euch als geschworne Richter, und mit der Verdammung des Sex. Roscius zu machen gedenkt?

8) Utrum ad filium, qui nunc reus est; an ad T. Roscium Magnum, qui bona emit, qui inimicus est, qui sicarius, qui hunc accusat. *Idem.*

9) In editionibus nonnullis legitur: Numquid *hic aliud.* Et Cap. 53. *Quodsi id vos suscipitis et eadem ire.* Graeuius e Mss. Francii correxit.

1) Quae

cantur eorum liberi, quorum bona venierunt, 1) cauete, per deos immortales, iudices, ne noua et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. Illam priorem, quae facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit, 2) ne quid acrius, quam more maiorum 3) comparatum est, publico consilio factum videretur: hanc vero, quae ad eorum liberos atque infantium puerorum incunabula pertinet, nisi hoc iudicio a vobis reiicitis et aspernamini, videte, per deos immortales, quem in locum rempublicam peruenturam putetis.

Homines sapientes, et ista auctoritate et 154
potestate praeditos, qua vos estis, ex quibus rebus maxime respublica laborat, iis maxime mederi conuenit. Vestrum nemo est, quin intelligat, populum Romanum, qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica 4) crudelitate laborare. Hanc tollite ex ciuitate, iudices, hanc pati nolite diutius in hac republica versari; quae

1) Quae se non putant, incolumi filio, retinere posse. *Manut.*

2) Non probauit S. C. *Idem.*

3) Qui necare ciuem Romanum vetat. *Idem. Comparatum est* h. e. institutum est.

4) *Domestica crudelitas*, quae exercetur contra ciues ipsos. *Domestica crudelitate laborare*, wegen Grausamkeit, die man an seinen Mitbürgern ausübt, in Gefahr seyn.

5) Mo-

quae non modo id habet in se mali, quod tot ciues atrocissime sustulit, verum etiam hominibus lenissimis ademit misericordiam consuetudine incommodorum. 5) Nam cum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus, aut audimus: etiam qui natura mitissimi sumus; assiduitate molestiarum 6) sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.

Nihil videtur deesse. 7)

5) Monet iudices Cicero, ne crudeles sint et sine causa interficiant. Quamuis, inquit, aliquis mansuetus sit; tamen visa crudelitate fit crudelior. *Scholiast.*

6) *Assiduitate molestiarum:* assidua et continua molestiarum perpessione.

7) Hoc e Gruteriana editione adscriptum est, pro eo, quod vulgo censitum fuit, *deesse adhuc aliquid.* Graeuius haec verba deleuit, cum in MSS, non reperiantur.

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS
ATILINARIAE
QUATUOR.

habitae anno aetatis 44. urbis 690.

ARGUMENTUM.

ι. Sergius Catilina, patricii generis, cum ›st Praeturam et Africam administratam petundarum a. P. Clodio, et inter sica- os a L. Paullo, quamquam frustra, accu- tus esset, bis terue Consulatum frustra ›tiit. Petiit autem hunc magistratum, ιo anno Cotta et Torquatus Coss. fuerunt, repulsam tulit. Petiitque iterum Cae- re et Figulo Coss. nec obtinuit. Videtur Cicerone consule aut petiisse, aut petere luisse; quod declarant Ciceronis verba, ɪp. 5. §. 11. Cum proximis praesidio et piis. *Idem etiam bis coniurauit contra mpublicam. Et primae quidem coniu- :tionis socii fuerunt Piso, Catilina, Var- ɪnteius et Autronius, qui L. Torquatum L. Cottam Coss. voluerunt interficere. ɪedes vero ideo non est facta, quod prius, ιam parati erant, coniuratis dederat sig- num.*

num. Ergo casu dirempta est haec prima coniuratio, Cap. 6. §. 15. Altera autem occultis consiliis agitata, in Consulatum Ciceronis denique erupit, cui ob hoc ipsum eo cupidius populus Romanus Consulatum mandauit, quod de ea rumor in vulgus exierat. Hic cum esset tota res ad Ciceronem a Q. Curio coniurato per Fuluiam delata, (v. Sallustium B. C. Cap. 23.) et Catilinam nihilominus in senatu a. d. VIII. Id. Nouemb. quod Manutio, vel ut aliis, Mureto praesertim, placet, a. d. VI. Id. Nouemb. vidisset, ita indignitate rei commotus est Cicero, ut grauissime in ipsum oratione inueheretur; qua totam rem sibi cognitam esse ostenderet, eique ut urbe exiret, suaderet, idque tanto verborum fulmine, ut Catilina perterritus intempestiua nocte ad Manliana profugeret castra. Atque haec est prima in Senatu habita oratio, anno aetatis Cic. quadragesimo quarto, ipso et C. Antonio Coss. Dispositionem primae huius in L. Catilinam orationis iam suppeditabimus, praemissa hac obseruatione, duas in senatu fuisse sententias; alteram seueriorem, qua crudelitate in Catilinam, alteram mitiorem, qua lenitate utendum esse censebatur, quam et Cicero amplectitur. Hortatur ergo senatum, ne Catilinam hominem seditiosum, et patriae periculum molientem, diutius apud se ferat, sed ad minimum urbe eiiciat, ipsique adeo

Cati-

Catilinae suadet, vel potius imperat, ut ex urbe proficiscatur, quo et ciuitatem liberet metu, et ipse liberius hostem P. R. profiteri queat. Partes sunt tres: Exordium, Contentio et Peroratio.

I. In exordio *tria haec agit Orator:*

1) Catilinam *propter manifesta facinoris indicia ardenti incensoque dicendi genere* aggreditur. *§.* 1, 2. *usque ad verba:* unumquemque nostrum.

2) Seueritatem *Catilinae debitam* proponit, *eandemque exemplis confirmat; a verbis:* Nos autem, viri fortes, *usque ad §.* 4.

3) Inertiae se ipsum accusat, *lenitatemque suam indicat, ad amouendam crudelitatis inuidiam. §.* 5. *usque ad finem capitis.* 2.

II. Contentio *haec est:* Catilina debet egredi ex urbe, vel in exsilium, vel in castra Manlii, non autem interfici. *Argumenta, quibus confirmatur contentio, tria sunt:*

1) *Quia* coniuratio Catilinae *et nefaria illius vita* ab omnibus ita cognoscitur, ut neminem prorsus fugiat. §. 7 -- 23. *In amplificando primo hoc argumento ita versatur Cicero:*

a) *ostendit,* quo die, qua nocte, cuius in domo, quorum caedes, quos furores,. quae denique incendia cogitarit Catilina. C. 3. 4. 5.

b) nefariam Catilinae vitam *eiusque ſcelera* ob oculos ponit, *ita quidem, ut*

1) priuatam vitam *flagitiorum et ſcelerum ignominia maculatam* perſtringat. *Cap.* 6. *§.* 13. 14.

2) publicam vitam *propter immanem coniurationem* condemnet. *Commemorantur hic,*

a) crebrae eius inſidiae, *quas conſulibus, Lepido ſcilicet et Tullo, et ipſi Ciceroni ſtruxerat. §.* 15. 16. *usque ad verba:* nulla debetur.

b) commune odium, *quo eum ſenatores, ciues, patria omnis perſequuntur, ubi patriae loquentis proſopopoeia; a verbis:* Veniſti paullo ante, *usque ad finem capitis* 7.

c) multa Catilinae conamina *apud Lepidum, Ciceronem, Metellum, Marcellum, quae, ſe ipſum iam dignum cuſtodia iudicaſſe, ſatis declarant. Cap.* 8. *usque ad verba:* ſolitudinique mandare.

d) ſenatus auctoritas, ordinis equeſtris ciuiumque iudicium, tempeſtas inuidiae, *quae Ciceroni in poſteritatem impendeat, ſi Catilina, hac oratione perterritus, ire in exſilium animum induxiſſet, quo facilius ad diſceſſum commoueatur. §.* 20. *a verbis:* Refer, inquis, *usque ad §.* 23.

2) Quia

2) Quia optandum aeque ac iucundum est Catilinae, si ad castra Manliana proficisci potest. §. 24-27. *Namque*

a) suos *iam* praemisit. §. 24.

b) natus est ad bellum patriae inferendum. §. 25.

c) magnam voluptatem ipsi afferre debet, *si animum explere, in voluptate bacchari cum suis, et impio latrocinio exsultare potest.* §. 26. *usque ad finem capitis* 10.

3) Quia utile est reipublicae, non iam interfici Catilinam; *hoc enim interfecto, residebit in urbe omnis coniuratorum manus: non interfecto autem illo, eiicietur ex urbe atque delebitur semen omnium malorum. Multum itaque interest reipublicae, non iam ad mortis supplicium trahi Catilinam. Notanda ceterum cap.* 11. *patriae prosopopoeia, caedem flagitantis. Cap.* 11. 12. 13. §. 32.

III. In peroratione *alloquitur Cicero*

1) Senatores, *quibus maximum suum studium in opprimenda coniuratione Catilinaria pollicetur.*

2) Catilinam, *quem ad nefarium contra patriam bellum cohortatur.*

3) Iouem statorem, *quem rogat, ut urbem atque ciuium vitam contra Catilinam eiusque socios tueatur.* §. 33.

M. TULLII CICERONIS
IN L. CATILINAM
ORATIO PRIMA,
HABITA IN SENATU.

I Quousque tandem 1) abutere, 2) Catilina, patientia noſtra? 3) quamdiu etiam 4) furor iſte

1) Irati et indignabundi ex abrupto ſolent agere, et cum diu ſe continuerunt, erumpere cum vehementia. Ita et Cicero, cum ſceleris magnitudo non poſſit ulterius progredi, nec ſalus reipubl. amplius periclitari, tandem in Catilinam inuehitur, poſtquam diu conſilia et molimina eius perſpexerat et tolerauerat. Non putarat praeterea, ut videtur, Cicero, Catilinam eo die in ſenatu adfuturum; ſed cum eum praeter ſpem adeſſe vidiſſet, ſubita indignatione commotus, in haec verba prorupit. *Muretus.*

2) *Abutitur* aliena patientia, qui ea non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam utitur. *Idem.* Peſtem bonis omnibus, exitiumque reipubl. cum Catilina machinaretur, proximaque ſuperiore nocte cum ſociis in domo M. Leccae fuiſſet, nihilo tamen minus in ſenatum venire auſus eſt. *Manut.*

3) Et ſenatus, et conſulum. *Muret.*

4) *Etiam* hoc loco inſurgit. Non audacia tua, inquit, non malitia, ſed *etiam (ſo gar)* furor. Poteſt et ad *eludet* referri τὸ *etiam* eodem ſenſu. *Heum.*

5) For-

iſte tuus nos eludet? quem ad finem 5) ſeſe effrenata 6) iactabit audacia? nihilne 7) te nocturnum praeſidium 8) Palatii, 9) nihil urbis vigiliae, 10) nihil timor populi, 11) nihil concurſus bonorum omnium, 12) nihil hic muni-

5) Formula, *quem ad finem*, non ſignificat apud Ciceronem, *zu was Ende*, ſed *quamdiu*, quae ſignificatio vel ex hoc loco cognoſci poteſt. V. *Erneſti Clav.*

6) Quae ſeſe rationis freno non continet: ſed, quaſi ſine freno ſit, ita ſe iactat. *Manut.* Notandum quoque, quod de furore et audacia, quaſi de re quapiam animata, locutus eſt. *Muret.*

7) Congerit M. Tullius ea omnia, quae Catilinam commouere debuerant: quibus eum nihil commotum eſſe miratur. *Idem.*

8) Periculoſis temporibus praeſidium Palatio imponi ſolebat, quod illud qui occupaſſet, urbem facile in poteſtate habiturus videbatur. *Idem.*

9) *Palatium* unus ex ſeptem montibus Romae, qui *Palatinus mons* dicebatur. In eius radice erat templum Iouis Statoris, ubi habita eſt oratio haec. V. Liv. lib. I. Cap. 12.

10) Decreuerat enim ſenatus, ut per totam urbem vigiliae agerentur, iisque minores magiſtratus praeeſſent. Salluſtius. *Idem.*

11) Qui ſuſpicabatur et timebat grauia mala. Salluſt. Catil. cap. 31.

12) *Concurſus* ita dicitur, ut *concurſatio*, quae eſt trepidantium et ſollicitorum, *Auflauf.* Scilicet boni omnes metu impendentis mali urgente concurrebant, et conſilia conferebant tamquam ad reſtinguendum incendium. *Boni* vocantur optimates, qui bene de rep. ſentiunt, die Patrioten.

13) Ma-

to, 29) Catilina, duci, iussu consulis, 30) iampridem 31) oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes iamdiu
3 machinaris. 32) An vero vir amplissimus, 33) P. Scipio, 34) pontifex maximus, Ti. Gracchum, 35) mediocriter labefactantem statum reipu-

29) Proponit id, quod probare vult: oportuisse videlicet iampridem, consulis iussu, interfectum esse Catilinam: tum explicat exempla, quibus id efficitur: postremo ad propositum se refert, atque concludit, idque iis verbis §. 4: *quo ex senatusconsulto - - conuenit. Idem.*

30) Poterat consul imperare, ut quisquam ad mortem duceretur, ubi ei S. C. commissa erat respubl. *Idem.*

31) Statim ut S. C. illud factum est. *Idem.*

32) Nulla hic, quod quidam aiunt, est metaphora ab architectis: immo vero haec ipsa est propria significatio verbi machinari; ergo id quod excogitare, moliri. *Idem.* *Pestem istam* h. e. pestiferum illud consilium, nempe caedem.

33) Argumentum a minore: in quo non solum totum toti, sed etiam partes partibus comparantur. Nam Catilina Graccho, status reip. orbi terrarum, mediocris labefactatio caedi, et incendiis, et vastationi, priuatus consulibus comparatur. *Idem.*

34) P. Corn. Scipio Nasica Serapio, eius, qui optimus a toto populo Rom. iudicatus erat, nepos. Vell. Paterc. lib. II. Cap. 3. *Idem.*

35) Lege agraria, seu frumenti largitione regnum affectare videbatur, ideoque a Scipione interfectus est. Huius caedis saepe fit mentio in orationibus. Flor. lib. III. Cap. 14. Val. Max. lib. 1, Cap. 4. n. 2. Vell. Pat. lib. II. Cap. 3. *Mediocriter* i. e. *paullulum.*

36) *Pri-*

reipublicae, priuatus 36) interfecit: Catilinam vero, orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus? nam illa nimis antiqua praetereo, 37) quod C. Seruilius Ahala Sp. Melium, nouis rebus studentem, 38) manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac republica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis ciuem perniciosum, quam acerbissimum hostem coërcerent. 39) Habemus senatusconsultum in te, Catilina, vehemens et graue: non deest reipublicae consilium, 40) neque auctoritas huius

36) *Priuati* sunt, qui magistratum non gerunt. Pontificatus enim magistratus non est: quare nihil prohibet, eundem pontificem maximum esse, et priuatum. Pontificatum autem magistratum non esse, vel hinc licet intelligas, quod nisi morte non finiebatur: at magistratus nullus erat huiusmodi. Item duos magistratus simul gerere poterat nemo: at nihil vetabat, qui pontifex maximus esset, eum vel praetorem, vel consulem fieri, vel alium eiusmodi honorem capere. *Muret.*

37) Figuram hanc *praeteritionem* vocant.

38) Quod Graeci uno verbo dicunt νεωτερίζοντα. In difficultate annonae, cum Sp. Melius frumentum largiretur, in suspicionem incidit regni affectati, atque a Seruilio, magistro equitum interfectus est. Liv. IV. Cap. 14.

39) Cum tamen sit magistratuum, eorumque, qui in imperio sunt, perniciosos coërcere. *Perniciosum*, ea, quae perniciei sunt reipublicae, molientem, nouarum rerum studiosum.

40) Unde hoc SCtum promanauit. *Reipublicae* est genitiuus aeque ut *huius ordinis*. *Non deest*, inquit.

huius ordinis: nos, nos, dico aperte, c
2ſules deſumus. Decreuit quondam 1) ſ
4tus, ut L. Opimius conſul 2) videret,
quid respublica detrimenti caperet. 3) I
nulla interceſſit: 4) interfectus eſt proj
quasdam ſeditionum ſuſpiciones 5) C. G
chus, clariſſimo patre, 6) auo, 7) mai
bus: occiſus eſt cum liberis M. Fuluius,
conſularis. Simili ſenatusconſulto, C.

quit, (ſubaudi *nobis,*) *conſilium reipublicae.* enim factum eſt ſenatus conſultum. *Ordinis* ſenatorii.

1) Undecim annis poſt interfectum Ti. Gracch *Muret.*

2) Qui cum Q. Fabio Maximo Conſul iuſſus eſt S rempublicam defendere, quique C. Gracchum, r tis et legum fratris Tiberii vindicem oppreſſit. I lib. III. Cap. 15.

3) De formulae huius momento vid. Salluſtius B. Cap. 29. Liuius lib. III. Cap. 4.

4) Nulla mora aut ſegnities admiſſa eſt.

5) Artificioſa extenuatio. Non enim erant ſuſpicio ſed plane ſeditiones, et quidem turbulentiſſin Sic ſupra de Tiberio: *ſtatum reip. mediocriter la ſactare cupientem. Muret.*

6) Ti Sempronio Graccho, qui bis conſul fuit. *Mu*

7) P. Scipione Africano min. Huius ex filia nepos fi Vell. Paterc. lib. II. Cap. 2.

8) M. Fuluius Flaccus, quod a C. Graccho trium in locum Tib. fratris nominatus erat, ſociusque re lis potentiae aſſumtus, de ſententia ſenatus cum d bus filiis interficitur, domus euertitur et publicat et in area porticus Catuli exſtruitur. *Muret. et* *neſti Clav.*

9)

rio et L. Valerio, consulibus, permissa est respublica. 9) Num unum diem postea L. Saturninum tribunum plebis, et C. Seruilium praetorem, mors ac reipublicae poena remorata est? 10) At nos vicesimum iam diem 11)

9) Id fiebat SCto: *videant Coss. ne quid* etc. quo liberam potestatem accipiebant, reipubl. etiam non consulto senatu, quibus videretur rationibus, defendendae.

10) *Remorata est*: morari et diutius in ciuitate viuere passa est? *Poena reipublicae* h. e. quae a republica infligitur. Ita interpretatur *Doering*. Ernesti de loci huius sanitate valde dubitat. Sanus, inquit, esse non potest per latinitatem. Nam latine non dicitur, *poena remoratur hominem*, sed *poena hominis moratur*. Ergo scribendum ipsi videtur *L. Saturnini tribuni plebis et C. Seruilii pr.* Sed ad hoc recentiores critici iam responderunt et lectionem vulgarem defenderunt, ita tamen, ut pro *reipublicae*, quod e compendio scripturae ortum est, legant *praetorem populi Romani*. Hanc correctionem primus suasit Muretus, quem et alii sunt secuti nostris temporibus. Lambinus, a vestigiis antiquae scripturae non longe discedens, restituit ita: *Num unum d. p. L. Saturnini tr. pl. et C. Seruilii, praetoris, mortem ac poenam, dignitas eorum remorata est?* Mendum hic putat ex ignorantia moris antiqui scribendi natum esse, qui talis erat: *C. Seruilius pr.* id est, *C. Seruilius praetor.* Ex *pr.* enim, nunc factum est a scriptoribus, *populus Romanus*, nunc, *resp.* nunc aliud, quod illis in mentem veniebat. Sententia est plana. Hoc enim significat Cicero: num postea L. Saturninus, tribunus pl. et C. Seruilius praetor, uno duntaxat die tardius supplicio extremo affecti, et interfecti sunt, propterea quod erant illa dignitate

prae-

diem 11) patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim huiusmodi senatusconsultum, verumtamen inclusum in tabulis, tamquam gladium in vagina reconditum: quo ex senatusconsulto confestim interfectum te esse, Catilina, conuenit. 12) Viuis: et viuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, patres conscripti, 13) me esse clementem: 14)

praediti? nequaquam; sed eo ipso die, quo senatus C. Mario, et L. Valerio Coss. mandauit, ut viderent, ne quid resp. detrimenti caperet, interfecti sunt, et poenas dederunt. Latinissima certe oratio. At non licet critico verbum *dignitas* inferere, cuius nullum deprehenditur vestigium. Heumanno videtur pro *postea* scribendum *potentia*, quod abbreuiate scribitur *potea*, unde natum *postea*. Iam igitur sic legit: *Num unum diem potentia L. Saturnini, tribuni pl. et C. Seruilii praetoris, mortem eorum ac poenam remorata est?*

11) Rotundare numerum voluit. Erat enim hic tantum duodeuicesimus dies post factum S. C. Sic centumuiri dicebantur, cum essent centum et quinque. Sic Euripides et Virgilius Graecos mille nauibus ad oppugnandam Troiam venisse dicunt, quas Homerus mille centum octoginta sex fuisse affirmat. *Muret.*

12) Id est: oportuit. In perfecto capiendum. Phrasin hanc non esse latinam putabat Muretus. Sed simillimum locum vide pro P. Quintio Cap. 15. *illicone ad praetorem ire conuenit?* An *conueniebat*, ut supra Cap. 1. §. 2. *oportebat?*

13) Nunc demum ad patres orationem conuertit, ideoque multo leniore, ac remissiore dicendi genere utitur. *Muret.* *Patres conscripti* dicitur pro *Patres et Conscripti*, ut docet Liv. lib. II. Cap. 1. Inualuit tamen

tem: 14) cupio in tantis reipublicae periculis me non diſſolutum 15) videri: ſed iam me ipſe inertiae 16) nequitiaeque condemno. Caſtra

tamen mos, ut ſine copula *patres conſcripti* appellaretur ſenatus. *Patres* ſunt ii, qui ſunt generis patricii, *Conſcripti*, qui nouo Bruti inſtituto ex equeſtri ordine, qui poſtea ſeminarium ſenatus fuit, patribus adſcripti ſunt, ut ſenatorum numerus, qui ad trecentorum ſummam creuit, expleretur. Multas atque varias afferunt cauſas, quare centum viri, quos e patriciis in ſenatum legerat Romulus, *patres* appellati ſint. Liuio auctore lib. 1. Cap. 8. *patres* ab honore appellati; Flor. lib. I. Cap. 1. §. 15. aetatis cauſa dicti ſunt. Potiſſima autem videtur, quam Plutarchus in Rom. adducit, ita dictos, ut admonerentur ipſi, patria cura et ſollicitudine complectendos inferiores: plebeii vero, amandos et obſeruandos eſſe ad inſtar parentum. V. *Erneſti Clav.*

14) Hoc dicit ad deprecandam amoliendamque a ſe opinionem crudelitatis, ad quam ſuperior oratio vergere videbatur. Cupio, inquit, eam moderationem tenere, ut neque crudelitatis famam ſubeam, (quod fieret, ſi ſtatim ad extrema remedia decurrerem) neque rurſus in tanto, ac tam atroci reipublicae periculo diſſolutus, ac negligens habear: ſed plane, dum crudelitatis opinionem refugiens, diem ex die duco, neque me ſatis pro rei magnitudine ſeuere gero, fit, ut ipſi mihi mea haec non iam clementia, ſed inertia prorſus, ac nequitia videatur. *Muret.*

15) *Diſſolutus*, nimis negligens, opponitur ſeuero et iuſto. Senſus: ita me cupio eſſe clementem, ut diſſolutus ne ſim: ne virtus in vitium deſinat. *Manut.*

16) *Inertia* hic non ſtultitiam ſignificat, ſed diſſolutionem ac remiſſionem animi, die Unthätigkeit. Atque idem propemodum, hoc quidem loco, valet *nequitia* über-

5 Castra sunt in Italia contra rempublicam in Etruriae faucibus 17) collocata: crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem imperatorem castrorum, ducemque hostium, intra moenia, atque adeo in senatu videtis, 18) intestinam aliquam quotidie perniciem reipublicae molientem. Si te iam, Catilina, comprehendi, si interfici iussero: 19) credo, erit verendum mihi, ne non hoc potius omnes boni serius a me, quam quisquam crudelius factum esse dicat. Verum ego hoc, quod iampridem factum esse oportuit, certa de causa, 20) nondum adducor, ut faciam. Tum

übertriebene Nachsicht, übertriebene Scheu vor Strenge. Coniunxit haec duo tamquam synonima. Cap. 11. §. 29. *Muret.*

17) Fesulis, ubi castra erant Manliana. Fauces autem dicit ingressum, aditum. *Idem.*

18) *Videtis*, quod Muretus et Gruterus laudant; alii, *videmus*. Nihil interest.

19) Hoc dicit: si te iam interfecero; non est, cur verear, ne quisquam me ob eam rem crudelitatis accuset. Nondum tamen id faciam. sed exspectabo, dum scelus tuum ita omnibus cognitum patefactumque sit, ut ne tui quidem similium, qui te defendere audeat, quisquam reperiatur. *Idem.*

20) Eam causam copiose explicat in sequentibus. *Certam causam* non exprimit, quia hoc odiosum. *Interficiam te*. pro hoc in textum recepit Graevius *interficiere*, quod in MSS. quibusdam repertum est. Ernesti correctionem sapere videtur hominis, qui durius putaret. vulgatum de Consule. Sed id efficacius est, quam *interficiere*, et sic Latini dicebant in tali causa. Sic lex Clodia de Cicerone exterminando, *quod cives Ro-*

Tum denique interficiam te, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inueniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur. Quamdiu quisquam 6
erit, qui te defendere audeat, viues: et viues ita, ut nunc viuis, multis meis et firmis praesidiis obsessus, ne commouere te contra rempublicam possis: multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient. 21)

Etenim quid est, Catilina, quod iam am- 3
plius exspectes, si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios, nec priuata domus parietibus continere voces coniurationis tuae potest? 1) si illustrantur 2) si erumpunt omnia?

Romanos indicta causa necasset. Item. Catil. II, 2. *Catilinam sustulissem* etc.

21) Id est, obseruabunt.

1) *Nec priuata-potest?* eleganter pro vulgari: nec consilia, cum coniuratis tuis intra priuatae domus parietes capta, reticeri possunt? Omnia enim ad Ciceronem deferebantur. *Voces coniurationis*: ita Graeuius e quatuor MSS.; Alii: *vocem coniurat.* i. e. sermones coniuratorum. *Coniuratio*, pro *coniuratis*, abstractum pro concreto: idque saepius fit hisce in orationibus.

2) Id est, aperiuntur, e tenebris in lucem producuntur. cf. Orat. III. Cap. 1. §. 3. *Illustrantur*, ad noctis tenebras retulit: *erumpunt*, ad priuatae domus parietes.

Non

nia? Muta iam istam mentem: 3) mihi crede: obliuiscere caedis atque incendiorum: teneris undique: luce sunt clariora nobis tua consilia omnia: quae etiam mecum licet recognoscas.
7 Meministine, me ante diem XII Kalendas Nouembr. 4) dicere in senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus esset ante diem VI Kalend. Nouembris, C. Manlium, audaciae satellitem atque administrum tuae? Num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum, 5) dies? Dixi ego idem in senatu, caedem te optimatum contulisse in ante diem V Ka-

3) Non cohortatur eum ad sanitatem, quod se frustra facturum sentiebat: sed ait, nihil esse, quod in urbe manens de caede atque incendiis cogitet: quare aliud ei consilium esse capiendum, et in Manliana castra exeundum. *Muret.* Sensus ergo est: dimitte iam ex animo tuo istam cogitationem et spem, fore, ut exsequi possis haec capta consilia, adeoque diutius morandi in urbe consilium muta. *Mihi crede:* haec duo verba Heumanno longius remouenda videntur, et ante *teneris* ponenda.

4) Hoc idem est, ac si diceretur: XII Kalendas Nouembris, et hoc iterum pro: duodecimo ante Kalendas Nouembris, *den 21. Oktober. In ante diem, V. Kalendas Nouembris* dictum est pro: in diem V. ante Kalendas Nov. *Fore in armis certo die:* alii *certo die f. in a.*

5) Secundum Ernesti, sapit hoc notam glossatoris, Scripsisse Ciceronem putat, *verum ipse dies.* Huic vero alii critici non assentiuntur, nec ego.

6) In

V Kalendas Nouembris, 6) tum cum multi principes ciuitatis 7) Roma non tam sui conseruandi, quam tuorum consiliorum reprimendorum causa 8) profugerunt. Num infitiari potes, illo ipso die te meis praesidiis, mea diligentia circumclusum, commouere te contra rempublicam non potuisse, cum tu, discessu ceterorum, nostra tamen, qui remansissemus, caede contentum te esse dicebas? Quid? cum tute Praeneste 9) Kalendis ipsis Nouembribus occupaturum nocturno impetu esse

6) In quem diem, ut coniicit Muretus, dilata fuerant comitia. In XII. Kal. Nov. iam indicta erant comitia consularia, sed cum pridie eius diei Cicero consilia Catilinae ad senatum detulisset, factum est, ut sequenti die non haberentur illa comitia, sed senatus, ut de iis rebus in senatu agi posset. Senatus tum decreuit, ut viderent consules, ne quid respubl. detrimenti caperet.

7) *Principes ciuitatis* sunt principes optimatum. Ex his fuisse suspicatur Muretus M. Crassum, M. Marcellum Scipionem Metellum. M. Crassum enim Catilina missis litteris admonuerat, ut ex urbe discederet: magnam enim caedem fore. Quas litteras una cum aliis eodem argumento ad alios scriptis Crassus intempesta iam nocte ad Ciceronem attulit, ut et illum admoneret instantis periculi, et se suspicione exsolueret, in quam propter Catilinae familiaritatem venerat. Eas omnes Cicero postridie in senatu recitauit.

8) Ne tibi liceret exsequi, quod cogitabas: ne tibi faciendae caedis optimatum facultas daretur. *Manut.*

9) Oppidum Latii non procul Roma, quod occupare studuit, ut urbi immineret. Silent de hac re historiae, fatente Mureto.

esse consideres: sensistine, 10) illam c
niam meo iussu, meis praesidiis, custo
vigiliisque 11) esse munitam? Nihil agis
hil moliris, nihil cogitas, 12) quod ego
modo non audiam, sed etiam non vide
4 planeque sentiam. Recognosce mecum
dem noctem illam superiorem: 1) iam in
liges, multo me vigilare acrius ad salut
quam te ad perniciem reipublicae. Dico
priori nocte venisse inter falcarios 2) (
agam obscure) in M. Leccae domum: co
nisse eodem complures eiusdem amen

sc

10) Pro *nonne sensisti*. Ita et antea *meministine*.

11) Haec praesidia, custodiae, vigiliae erant Prae norum, iussu Ciceronis comparata. *Meis* Ernes lendum censet, sed sine causa.

12) Quasi per gradus haec ad id, quod summum progreditur oratio. Magnum est enim, quidquid Catilina, scire Ciceronem: maius, quidquid n tur: longe maximum vero, quidquid cogitet. *M*

1) Quae diem et noctem proximam antecessit. *Ta* non significat vehementiam loquentis, ut Cap. 1 respondet hic germanorum *endlich*.

2) *Inter falcarios* i. e. in locum, ubi habitabant rii, in die Strasse der Sichelmacher. Hic sita domus Leccae. Obseruandus interim ordo Cice qui primo rem, ut est, proponit: deinde confi ex Catilinae silentio: tum demum ad amplificati progreditur. Amplificatio enim, nisi explicata, et firmata re, locum habere non potest. *Muret.* cus Porcius Lecca senator erat, conscius et part eiusdem sceleris. Pro *Leccae* Manut. et Graev derunt *Laecae*, ex auctoritate argentei denarii, i M. hic Porcius *Laeca* descriptus est.

3) I

ſcelerisque ſocios. Num negare audes? Quid taces? conuincam, ſi negas. Video, enim, eſſe hic in ſenatu quosdam, qui tecum vna fuere. O dii immortales! vbinam gentium ſumus? in qua vrbe viuimus? quam rempublicam habemus? Hic, hic ſunt, 3) in noſtro numero, patres conſcripti, in hoc orbis terrae ſanctiſſimo grauiſſimoque conſilio, qui de meo, noſtrumque omnium interitu, qui de huius vrbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. Hosce ego video conſul, et de republica ſententiam rogo: et, quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Fuiſti igitur apud Leccam illa nocte, Catilina: diſtribuiſti partes Italiae: ſtatuiſti, quo quemque proficiſci placeret: delegiſti, quos Romae relinqueres, 4) quos tecum educeres: deſcripſiſti vrbis partes ad incendia: confirmaſti, te ipſum iam eſſe exiturum: dixiſti, paullulum tibi eſſe etiam tum morae, 5) quod ego viuerem. Reperti ſunt

3) Notat ſenatores coniurationis ſocios, quos Salluſtius nominat, Cap. 17. *In noſtro numero*, id eſt, inter nos.

4) Uberius haec omnia enarrantur a Salluſtio B. C. Cap. 27. 28. ſecundum quem C. Cornelium, et L. Varguntcium ſenatorem ad Ciceronem tollendum Romae reliquit. *Diſtribuiſti*, Orat. II. Cap. 3. §. 6. *Deſcripſiſti-incendia*, Salluſt. Cap. 43. *duodecim ſimul opportuna loca urbis incenderent.*

5) Pro *etiam nunc* quod Graeuius e MSſ. ſuis edidit, rectius legitur *etiam tum*, cum ſermo ſit de re praeterita, in qua ſemper eſt *etiam tum*.

6) Sal-

ſunt duo equites Romani, 6) qui te iſta liberarent, et ſeſe illa ipſa nocte paullo lucem me meo in lectulo interfecturos] 1ocerentur. Haec ego omnia, vix dum e coetu veſtro dimiſſo, comperi: 7) do1 meam maioribus praeſidiis muniui atque maui: excluſi eos, 8) quos tu mane ad ſalutatum 9) miſeras, cum illi ipſi veniſſ quos ego iam multis ac ſummis viris ad id temporis venturos eſſe praedixeram.

5 Quae cum ita ſint, 1) Catilina, perge coepiſti: egredere aliquando ex vrbe: tent portae: proficiſcere. Nimium di imperatorem illa tua Manliana caſtra de rant. Educ tecum etiam omnes tuos: ſi mus, quam plurimos: purga vrbem: ma me metu liberabis, dum modo inter mi

6) Salluſt. Cap. 28. C. Cornelium equitem Rom. e Vargunteium ſenatorem nominat: in quo diffe Cicerone, qui utrumque equitem fuiſſe ait. De re omnes tollitur dubitatio ex oratione pro Cap. 18.

7) Per Fulniam, ad quam Curius id detulerat. omnem vide apud Salluſtium, Cap. 28.

8) Id eſt, eos non admiſi in domum meam.

9) Principes viros Romae mane non ſolum amici, bus intimus acceſſus patebat, ſed et plebs ſalut conueniebat; et brumali quidem tempore pleru ante lucanis horis. *Id temporis* pro circa id te ris ſpatium.

1) Argumentationis ſumma eſt: ſi omnia tua co nota ſunt, exire debes. Sunt autem nota; tib tur eſt exeundum. *Muret.*

2)

te murus interfit. Nobiscum verfari iam ius non potes: non feram, non patiar, finam. Magna diis immortalibus 2) ha- 11
da eft atque huic ipfi Ioui Statori, 3) antifimo cuftodi huius vrbis, gratia, quod tam taetram, tam horribilem, tamque tam reipublicae peftem toties iam effugi. 4) Non eft faepius in vno homine fum5) falus periclitanda reipublicae. Quemmihi, confuli defignato, 6) Catilina, intus es, non publico me praefidio, fed ita diligentia defendi. Cum proximis cos 7) confularibus me confulem in campo, ompetitores tuos 8) interficere voluifti, com-

oc et ad pietatis fignificationem iniicit, et ad quann orationis dignitatem. *Idem.*

uem hic a ceteris diis honoris caufa feparat. In s templo nunc fenatus habebatur. *Iupiter*, cui ia fuere cognomina, *Stator* quoque dictus, a firdo Romanorum fugam. V. Liv. I. Cap. 12. *Gra*in vulgg. hoc verbum ftatim fequitur *habenєft.*

rmo eft de infidiis, ab eo fibi priuatim factis, et ifuli defignato, et confulatum gerenti. *Manut.*

mma reipublicae eft res, a qua falus uniuerfae ublicae pendet. In edd. vulgg. legitur *falus fum*. *In uno homine:* non Catilina, fed Cicero figcatur. Ita enim orator fe ipfe explicat ftatim in: *quamquam videbam, - - - coniunctam.*

nful defignatus, qui in proximum annum creaft.

bitis a me: *in campo* fc. Martio.

quibus fuere Silanus et Murena; qui, cum haec ero diceret, confules defignati erant. Salluft. Cap. 26

compressi conatus tuos nefarios amicc praesidio 9) et copiis, nullo tumultu pu concitato. Denique, quotiescunque m tisti, per me tibi obstiti: quamquam bam, perniciem meam cum magna ca tate reipublicae esse coniunctam. Nunc aperte rempublicam uniuersam petis templa deorum immortalium, tecta u vitam omnium ciuium, Italiam deniqu tam, ad exitium et vastitatem vocas.

12 Quare, quoniam id, quod est primur et quod huius imperii disciplinaeque r

Cap. 26. *Manut. In campo*: Martio, comitiis dorum magistratuum sacrato. *Cellar.*

9) Venit in campum stipatus amicorum praesidi lorica tectus, ut omnes boni animaduerterent, e in periculo consulem viderent, ad opem praes que ipsius concurrerent. *Muret. Amicorum pra et copiis:* multitudine eorum ciuium, qui mih bant, meque defendere parati erant. *Conatu nefarios:* vulgg. *tuos nefarios conatus.* Ernel uult *nefarios tuos conatus.* Nam adiectiua tia praeponuntur, cuius exempla satis obuia.

10) Duae sunt amplificandi rationes contrariae. cum posita re quapiam tota, partes illius enu do persequimur; ut hic, cum rempublicam d addidit templa deorum, tecta urbis etc. altera partibus ad totum progredimur. *Idem. Pet* verbum gladiatorium.

11) Ut te interfici iubeam. Est enim hoc *prima* est, potissimum et praesentissimum remedium. *ret.* Duobus enim remediis resp. metu liberar rat, vel si interficeretur Catilina, vel si eiicere urbe. Interficere eum, erat imperii i. e. po

rum proprium eſt, facere nondum audeo:
faciam id, quod eſt ad ſeueritatem lenius, et
ad communem ſalutem utilius. Nam, ſi te
interfici iuſſero, reſidebit in republica reli-
qua 12) coniuratorum manus: ſin tu (quod
te iamdudum hortor) exieris, exhaurietur
ex urbe tuorum comitum magna et pernicioſa
ſentina reipublicae. Quid eſt, Catilina? 13
Num dubitas id, me imperante, facere, quod
iam tua ſponte faciebas? 13) Exire ex urbe
conſul hoſtem iubet. 14) interrogas me,
num in exſilium? non iubeo: 15) ſed ſi me
con-

conſularis et diſciplinae maiorum: eiicere autem eum, prudentiae. Variant hic libri. Sed non eſt tanti. *Et ad com. ſ. ut.* Graeuius addidit *et*; vulgo *et* abeſt.

12) *Reliqua* ſuſpectum videtur Erneſti ſimulque *reipublicae*, quod uncis incluſit. Rectius autem alii critici defenderunt lectionem vulg. In *reſidere* eadem ineſt metaphora, quae in *ſentina*. *Reſidere* proprie de fecibus dicitur in fundo vaſis remanentibus. *Exhaurietur*, metaphora a naui. Eſt autem exhauriendi verbum valde proprium in ſentina. *Muret. Heum.*

13) *Faciebas* i. e. facere volebas. Cap. 4. §. 9. Cap. 8. §. 19.

14) Ubi res tantum narranda eſt, propria nomina aptiora ſunt; at, ubi permouendi animi, tunc accommodatiora ſunt ea, quae apponuntur ad nomen. *Exire ex urbe - - hoſtem*, quanto fortius, quam ſi diceretur: *Exire ex urbe Cicero Catilinam iubet?* *Muret.*

15) Ne poterat quidem. Nulla enim lex erat apud veteres Romanos, quae ullum maleficium exſilio multaret: ſed in exſilium ibant, qui legis multam ſufferre in ciuitate nolebant. *Idem.*

1) Quaſi

6 consulis, suadeo. Quid est enim, Catilina, 1) quod te iam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est, extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat; nemo, qui non oderit. 2) Quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? quod priuatarum rerum dedecus non haeret infamiae? 3) quae libido ab oculis, 4)

1) Quasi deposita consulis persona, suasoris personam suscipit, ut, quod postea dicet, videatur, non odio, sed misericordia Catilinae commoueri. Suadet igitur, ut ex urbe exeat, quod vita ei suauis esse non possit, ubi oderit omnes, odio sit omnibus, ubi infamia flagret, ubi aere alieno sit obrutus, ubi nefaria ipsius consilia omnibus nota sint. At haec simulata suasio longe amarissimam Catilinae insectationem continet. *Idem.* *Quid est enim, Catilina;* in edd. vulgg. *Quid enim, Catilina, est.*

2) Recte post metum subiunxit odium. Est enim, ut dicitur, parens odii metus. *Idem.* Graeuii secundus, *qui te non oderit.* et sic Manut. et Victor. edd. In recentioribus *te* omittitur.

3) *Infamiae*, sc. tuae. Welche Schande in Privatangelegenheiten haftet nicht auf deinem schlechten Ruf? Satis commodum sensum habet, quod negat Ernesti, qui pro *infamiae* suadet legere vel *famae*, vel *famae tuae.* Lambinus edidit, de coniectura, *in fama.* Gruterus *non inhaeret tuae famae.* Non inepte, ut Graeuio videtur. Heumannus ista *quod - infamiae* glossema esse credit, et interpretationem verborum proxime antecedentium. *Quae nota - tuae est?* eleganter pro vulgari: quo turpi flagitiorum genere non priuatim polluisti et contaminasti vitam tuam? Metaphora est ab iis notis, quae pecudibus, aut mancipiis inuruntur.

4) Illi

lis, 4) quod facinus a manibus umquam tuis,
quod flagitium a toto corpore abfuit? cui tu
adolescentulo, quem corruptelarum illece-
bris irretisses, non aut ad audaciam ferrum,
aut ad libidinem facem praetulisti? 5) Quid 14
vero? nuper, cum morte superioris uxoris
nouis nuptiis domum vacuefecisses, 6) nonne
etiam alio incredibili scelere 7) hoc scelus
cumulasti? quod ego praetermitto, et facile
patior sileri, ne in hac ciuitate tanti facino-
ris

4) Illi enim ad libidinem duces sunt. *Muret.*

5) Huc pertinent illa Sallustii, B. C. Cap. 14. *Quod si quis etiam a culpa vacuus* etc. *Facem* hic non improprie, sed proprie dicit, quod noctu ire ad amicas solebant. Unde est diuinum illud epigramma Valerii Aeditui ad puerum, qui eunti ipsi ad amicam praeferebat facem:

Quid faculam praefers, Phileros, qua nil opu' nobis?
Ibimus, haec lucet pectore flamma satis.
Istam nam potis est vis saeua extinguere venti,
Aut imber caelo candidu' praecipitans:
At contra hunc ignem Veneris, si non Venus ipsa,
Nulla est, quae possit vis alia opprimere.

6) Suspiciose significat, uxorem ab ipso necatam esse. *Muret.* *Nouis nuptiis*, casus datiuus. Captus est Catilina amore Aureliae Orestillae. Sallust. cap. 15.

7) Vel quod priuignum occiderit, ut est apud Sallustium Cap. 15. vel quod filiam suam, ex adulterio susceptam, in matrimonium duxerit: quod ei obiicit Cicero in oratione, quam habuit *in toga candida*, contra Antonium et Catilinam competitores; cuius fragmenta Asconius seruauit. Ubi Cicero ita: *Ex eodem stupro tibi et uxorem et filiam inuenisti. Muret. Heum.*

8) Quo

ris immanitas aut exstitisse, aut non vindicata esse videatur. Praetermitto ruinas fortunarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus 8) senties: ad illa venio, quae non ad priuatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem 9) ac turpitudinem, sed ad summam reipublicae, 10) atque ad omnium nostrûm vitam salutemque pertinent. Potestne tibi huius vitae lux, Catilina, aut huius caeli spiritus 11) esse iucun-

8) Quo die usuram creditae pecuniae foeneratori soluere necesse erat, cuius moris exemplum est apud Horatium in Epod. 2. de Alphio foeneratore. Solebant etiam omnium mensium Kalendis pecuniae foenori datae exigi. Horat. Satyrarum lib. 1. Sat. 3. v. 87. Sed foeneratorum haec olim fuit consuetudo, ut ultra statutum Kalendarum diem in Idus concederent dilationem: itaque factum est, ut quae in Kalendas foenerauerant, Idibus reciperent.

9) *Domestica difficultas* h. e. aes alienum.

10) *Summa resp.* vel *reipubl.* est res, quae pertinet ad salutem totius reip. *Ad summam remp.* edidit Graeuius auctoritate duorum MSS. et Lamb. etiam. Vulgg. *ad summam reip.*

11) *Spiritus*, aër. *Potestne tibi huius vitae lux.* Ita sine dubio est legendum. Nam respondent sibi *huius vitae, huius coeli:* adeoque salua concinnitate abesse non potest *huius* vitae. Graeuius deleuit *huius vitae:* non bene. *Pridie Kal. Ian.* M. Aemilio Lepido, L. Volcatio Tullo Coss. cum P. Autronius et P. Cornelius Sulla Coss. designati, ambitus poenas dedissent, inque illorum locum L. Aurelius Cotta, L. Manlius Torquatus suffecti essent: Catilina, qui, repetundarum reus a P. Clodio Pulchro factus, consulatum petere

cundus, cum ſcias, horum eſſe neminem, qui neſciat, te pridie Kalendas Ian. Lepido et Tullo conſulibus, ſtetiſſe in comitio cum telo? manum, conſulum et principum ciuitatis interficiendorum cauſa, parauiſſe? ſceleri ac furori tuo non mentem aliquam, aut timo-

tere prohibitus eſſet, indignatione et odio in rempubl. accenſus, cum Autronio et Sulla, (certe quidem cum Autronio) aliisque nobilibus viris conſilium iniit interficiendi ad Kal. Ian. nouos conſules, reſtituendique conſulatus iis, qui abdicare coacti erant, occupatamque rempublicam pro ſua libidine moderandi. Id conſilium initum eſt circa Nonas Decemb. Eius rei cauſa pridie Kal. Ian. Catilinam Cicero ait in comitio ſtetiſſe cum telo: tum, ut opinatur Muretus, cum abeuntes magiſtratu conſules ad populum, e roſtris, ex more verba facerent. Poſtridie, cum M. Craſſus, qui et ipſe coniurauerat, mutato, ut creditur, conſilio, non adfuiſſet, ideoque C. Iul. Caeſar, ipſe quoque eius coniurationis particeps, ſignum, quod conuenerat, non dediſſet, (erat autem ſignum, ut togam de humero deiiceret) res ulterius progreſſa non eſt, ſed dilata in Nonas Febr. Tum quoque aliquod amicum P. R. numen effecit, ut Catilina, priusquam armati conueniſſent, ſignum daret; id P. R. ſaluti fuit. Haec Muretus e Salluſtio, Cap. 18. Aſconio, Suetonioque collegit. *Non mentem aliquam*: non quia conſilium mutaueris. *Comitium* locus erat in foro propter ſenatum, quo coire equitibus et populo Romano licebat. *Fortunam pop. Rom.* die Glücksgöttin des Römiſchen Volks, qua Catilina maturauerat ſociis ſignum dare, antequam frequentes conueniſſent. Salluſt. Cap. 18. Alii *fortunam reip.* ſed Graeuii lectio e veteribus libris verior videtur: ita enim Cicero ſaepiſſime locutus eſt.

timorem tuum, sed fortunam P. R. obstitisse? Ac iam illa omitto: neque enim sunt aut obscura, aut non multa post commissa. 12) Quoties tu me designatum, quoties consulem interficere conatus es? quot ego tuas petitiones 13) ita coniectas, ut vitari non posse viderentur, parua quadam declinatione, et, ut aiunt, 14) corpore effugi? nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore: 15) neque tamen velle

12) Vulgg. *non multo postea;* Muretus et Lambinus rescripserunt *non multa postea;* Graevius *postea* post *commissa* posuit: quod vero minus placet, quia eadem saepius concurrit terminatio. Melius videtur *post,* quod est in aliquot libris, ut legendum sit: *non multa post commissa.* Sensus est: Omitto illa facinora, quae commisisti, quia non sunt obscura, nec sunt non multa, quae postea commisisti, quaeque permulta referre possum.

13) Metaphora a gladiatoribus, quorum impetus *petitiones* dicuntur.

14) Ii, qui de duobus pugnantibus loquuntur, prouerbio nempe nunc usitato. Duobus modis vitare petitionem aduersarii licet: ut aut obiectu et oppositu alicuius rei, ictum repellas, aut declinatione corporis, irritum reddas; hoc posterius vocabant *corpore effugere.* *Muret.*

15) *Quod mihi-in tempore:* h. e. quod occultum mihi manere possit in eo temporis puncto, quo id scire multum interest. Multi autem haec verba scribae alicuius additamentum putant, cum in MSS. nonnullis non legantur. Et sane sunt suspecta. Nam *latere* cum dandi casu apud Ciceronem singulare est, nec *valeat* pro *possit* usitatum. Hinc Lambinus, coniectura

velle ac conari desistis. Quoties iam tibi ex- 16
torta est 16) ista sica de manibus? quoties
vero excidit casu aliquo et elapsa est? 17)
tamen ea carere diutius non potes: quae qui-
dem quibus abs te initiata sacris 18) ac deuota
sit, nescio, quod eam necesse putas esse 19)
consulis in corpore defigere. Nunc vero, 7
quae tua est ista vita? sic enim iam tecum
loquar,

ctura ductus, hunc locum ita restituit, *quod mihi patere non soleat.* Heumannus deletis delendis ita legendum putat: *nihil agis, nihil assequeris: neque tamen conari ac velle desistis.* Priora verba: *nihil agis, nihil assequeris,* Graeuius bene explicat ita: *omnia, quae agitas, sunt irrita. Nihil moliris,* e Cap. 3. §. 8. fortasse huc venerunt vitio alicuius, qui haec quoque adscripserat; *quod mihi latere valeat in tempore. In tempore* Graeuius interpretatur *tempestiue, mature.* Irrita ergo sunt, quia omnia, quae moliris tempestiue scio. *Velle ac conari:* bene, nam voluntas praecedit conatum. Alii, *conari ac velle.*

16) Consiliis nostris; occurrimus enim, ne, quod cogitabas, patrare posses. Paullo ante: *quot ego tuas petitiones - - - corpore effugi? Manut.*

17) Dicit, quod supra: *sceleri ac furori tuo - - obstitisse. Idem.*

18) Sententia est: ita te geris, ut vouisse videaris alicui Deo; te sicam illam in consulis corpore defixurum: hac enim Cottam et Torquatum, deinde me consulem saepe iam e medio tollere conatus es. Sallust. Cap. 18. *Muret.* Quod enim, qui sacris initiantur, se facturos esse promittunt, ac vouent, id, quasi deo teste promiserint, ne obseruent, haud facile adducuntur.

19) *Necesse putas esse:* alii omittunt *esse.*

loquar, non ut odio permotus esse videar,
quo debeo, sed ut misericordia, quae tibi
nulla debetur. Venisti paullo ante in sena-
tum: quis te ex hac tanta frequentia, ex tot
tuis amicis ac necessariis salutauit? Si hoc
post hominum memoriam contigit nemini,
vocis exspectas contumeliam, cum sis gra-
uissimo iudicio taciturnitatis oppressus? 1)
Quid, quod aduentu tuo ista subsellia vacue-
facta sunt? quod omnes consulares, qui tibi
persaepe ad caedem constituti fuerunt, 2)
simulatque assedisti, partem istam subsellio-
17 rum nudam atque inanem reliquerunt? Quo
tandem animo hoc tibi ferendum putas? Ser-
ui mehercle mei si me isto pacto metuerent,
ut te metuunt omnes ciues tui, domum
meam relinquendam putarem: 3) tu tibi ur-
bem

1) *Vocis exspectas - oppressus?* sensus: num exspectas hanc contumeliam, ut clara voce et publice appelleris hostis patriae, cum taciturnitate (a nullo enim sena-tore salutatus fuerat) tamquam iudicio grauissimo sce-lerum tuorum conuictus et condemnatus sis?

2) *Tibi* pro *a te.* Sensus: *quos occidere constituisti.*

3) Magnum atque excellens huius loci artificium est. Confert enim se cum Catilina, ita ut se quidem in-genuae cuiusdam humanitatis, Catilinam vero super-bae cuiusdam, et non tolerandae crudelitatis plenum ostendat; deinde quod seruos cum ciuibus comparat, profiteturque pluris a se seruos fieri, quam a Catili-na ciues, mirifice ad struendum odium valet. Ne-cesse est enim, ut exardescat auditor, et in eum in-dignatione incitatus feratur, a quo se minoris fieri audit, quam ab alio seruos. Neque non illud, *do-mum*

bem non arbitraris? et, si me meis ciuibus iniuria suspectum tam grauiter atque offensum viderem; carere me adspectu ciuium, quam infestis oculis omnium conspici mallem: 4) tu, cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum, et iamdiu tibi debitum, dubitas, quorum mentes sensusque vulneras, eorum adspectum praesentiamque vitare? Si te parentes timerent 5) atque odissent tui, neque eos ulla ratione placare posses; ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes: nunc te patria, quae communis est

mum meam, magna cum vehementia dictum est. Domum, inquit, eam, cuius ipse dominus sum; in quam non modo seruis, sed nulli omnino homini, extra me unum, quidquam iuris est; seruorum causa relinquerem: tu urbem, quo ciuium animos expleas, relinquendam non putabis? Est ergo argumentum ex minori, id est, ex minus verisimili; vix enim credibile est, quemquam tantum tribuere seruis suis, ut propter eos suam sibi domum relinquendam putet; quod tamen hic tamquam verum ponitur. Si igitur id, quod minus credibile videtur, est: deberet esse et id, quod maiori probabilitate nititur. *Muret.*

4) Alterum argumentum indidem ductum, unde superius: ego, inquit, si vel iniuria odio me esse ciuibus scirem, urbem relinquerem; quid te facere oportet, qui iustissimum in te omnium odium agnoscis? *Offensus*, id est, odiosus, inuisus. *Idem.* *Iniuria*, nullo meo merito. *Sensus*que, oculos. *Manut.*

5) Hoc a pari ductum videri potest. Par ratio est parentum et patriae. At si te parentes metuerent atque odissent, secederes; idem igitur facere debes, cum te metuat atque oderit patria. *Muret.*

est omnium nostrûm parens, odit ac m et iamdiu te nihil iudicat, 6) nisi de parri suo cogitare. Huius te neque auctorit verebere, neque iudicium sequere, n vim pertimesces? quae tecum, Catilina agit, 7) et quodammodo tacita loqu
18. „Nullum 8) aliquot iam annis facinus e tit, nisi per te: nullum flagitium sine tibi uni multorum ciuium neces, 9) tibi v

6) *Et iamdiu te nihil iudicat:* ita rescripsit Lam pro vulgato *de te.* Assensi ei sunt Manutius. uius, quorum tamen posterior non ausus est i tum recipere scripturam nullius Mf. codicis aucto fultam. Constructio est: *et iamdiu iudicat, te nisi de parricidio suo cogitare. Parricidio* exitio. *Iudicium* h. e. voluntatem, sententiam, dum quam patriam relinquere debebat Catilina.

7) Hoc longe praestantissimum exemplum prosopop Adde etiam illud cap. 11. *Muret. Auctoritas* tur ad senatum, *iudicium* ad ciues, et *vis* ad un sam patriam.

8) Quod duo membra ab eadem voce incipiunt, *phora* est: quod totidem in eandem vocem desi *epanaphora:* quod variatur casibus oratio *per te, te, tibi uni, tu non solum, polyptoton:* in autem, *negligendas, euertendas, perstringen homoeoptoton.* Haec annotat Muretus subinu ut iis satisfaciat, qui explicare artificium nihil pr esse aliud, quam figuras indicare.

9) Quos Sullano tumultu interfecerat, ut testatur A nius exponens orationem in toga candida. Ubi e nominat Q. Caecilium, M. Volumnium, L. T sium: M. etiam Marii Gratidiani, summe popu hominis, qui ob id bis praetor fuit, caput abscis per urbem sua manu tulerat. *Muret.*

10)

tio direptioque sociorum 10) impunita fuit ac libera: tu non solum ad negligendas 11) leges ac quaestiones, verum etiam ad euertendas perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli: nunc vero me totam esse in metu propter te unum: quidquid increpuerit, Catilinam timeri: nullum videri contra me consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat; non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe: si est verus, 12) ne opprimar; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam." Haec si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, 13) etiamsi vim adhibere non possit? Quid? quod tu te ipse in custodiam 8

dedi-

10) Africam dicit, quam Catilina ex praetura sortitus ita rexerat, ut domum regressus repetundarum reus fieret. Sallust. Cap. 18. *Impunita ac libera:* quia artibus obtinuit, ut absolueretur in iudicio repetundarum. *Cellar.*

11) Negligit leges, qui earum metu a peccando non continetur: easdem perfringit, qui cum in iudicium adductus, manifesto teneatur, aliqua tamen via elabitur. Catilina autem primum accusatus fuerat repetundarum, Lepido et Tullo Coss. atque absolutus per praeuaricationem accusatoris P. Clodii: deinde etiam caedis, consulibus Caesare et Figulo, et tunc quoque absolutus. *Muret.*

12) *Verus timor* dicitur, qui iustus est et aequus; *falsus*, quando quis timet sine causa. *Heum.*

13) *Nonne debeat* sc. ut discedas.

19 dedisti? 1) quid? quod, vitandae suspicionis caussa, apud M' Lepidum 2) te habitare velle dixisti? a quo non receptus, etiam ad me venire ausus es: atque, ut domi meae te asseruarem, rogasti. Cum a me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse iisdem parietibus tuto esse tecum, qui magno in periculo essem, quod iisdem moenibus contineremur; ad Q. Metellum praetorem 3) venisti: a quo repudiatus, ad sodalem tuum, virum optimum, 4) M. Marcellum demigrasti, quem tu videlicet et ad custodiendum te diligentissimum, et ad suspicandum sagacissimum, et ad vindicandum fortissimum fore putasti. Sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis abesse debere, qui se ipse
20 iam dignum custodia iudicauerit? Quae cum ita sint, Catilina, dubitas, si hic emori aequo animo

1) Id est, dare voluisti. Cap. 5. §. 12. *Idem.*

2) Qui consulatum cum L. Volcatio Tullo gesserat. *Muret.* *M'* id est Manius. Ita legendum, non *M.*

3) Q. Caecilium Metellum Celerem dicit, qui biennio de more interiecto, consulatum postea cum L. Afranio gessit. *Idem.*

4) Ironice, quod satis perspicuum. Nam quomodo idem Catilinae sodalis, et vir optimus esse potuisset? Ita etiam *videlicet* est vox ironica. Constat autem, M. Marcellum non esse eundem, quem paullo post virum fortissimum vocat: id est, eum, pro quo exstat oratio ad Caesarem; sed potius ipse sodalis Catilinae, ad quem vero is vitandae suspicionis caussa migrauit. *Idem.*

5) Id

animo non potes, 5) abire in aliquas terras, et vitam istam, multis suppliciis iustis debitisque ereptam, fugae solitudinique mandare?

Refer, inquis, ad senatum: id enim postulas, et, si hic ordo placere 6) sibi decreuerit, te ire in exsilium, obtemperaturum te esse dicis. Non referam, id quod abhorret a meis moribus: 7) et tamen faciam, ut intelligas, 8) quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina: libera rempublicam metu: in exsilium, si hanc vocem exspectas,

5) Id est, si non potes a te impetrare, ut hic moriaris, siue manus tibi ipse inferens, siue aliena manu utens, fuge hinc in solitudinem. *Graev.* Melius Heumannus ita: si tibi non placet, hic Romae manentem debitum tuae coniurationi, tuo sceleri supplicium subire, fuge hinc in solitudinem. Nonnulli MSS. et edd. pro *emori* habent *morari*, recepitque Ernesti, cum hic non sit sermo de morte, sed de vita, quae aequo animo agi non possit. Opponuntur etiam *morari* et *abire*. *In aliquas terras* est *in alias quas*, ubi in solitudine viuere tranquille possit.

6) Verbum *placere* usitatissimum erat in senatusconsultis. *Muret.* *Obtemperaturum te esse*: Ita primus Ernesti. In vulgatis *te* abest, quod casu excidit e recentioribus edd.

7) Nam alienus a seueritate et duritie fuit, ideoque ad senatum de Catilina referre noluit, qui eum sine dubio damnasset. Cicerone vero non referente, qui SCtum fieri potuit, quo ex urbe abire iussus sit Catilina? quod tamen narrat Dio. Verum ergo non potest esse, quod ait Dio.

8) Ex eorum silentio, cum te egredi iubeo. Manut.

proficiscere. Quid est, Catilina? a
tendis, ecquid animaduertis horu
tium? patiuntur, tacent. Quid e
auctoritatem loquentium, quorum v
tem tacitorum perspicis? At si h
huic adolescenti optimo, P. Sextio,
fortissimo viro, M. Marcello dixissem
mihi consuli, hoc ipso in templo, i
timo senatus vim et manus intulisset.
autem, Catilina, cum quiescunt,
bant: cum patiuntur, decernunt:
cent: clamant. Neque hi solum,
rum tibi auctoritas est videlicet cara,
vilissima: sed etiam illi equites Rom
nestissimi atque optimi viri, ceterique
mi ciues, qui circumstant senatum,
tu et frequentiam videre, et studi
cere, et voces paullo ante exau
tuisti. Quorum ego vix abs te iamdiu
ac tela contineo: eosdem facile a
ut te haec, quae iampridem vastare

9) Iubere me, ut egrediaris. *Idem.*

10) P. Sextio Gallo, quaestori C. Antonii pro quo exstat Ciceronis oratio. *M. Marcel.* postea apud Caesarem defendit. *Muret.*

11) *Cum quiescunt* h. e. me dicentem placide haud vim et manus dicenti inferunt.

12) Non solum senatores, sed et equites, ciues, qui circumstant senatum, silentio si placere, ut tu in exsilium proficiscaris. *Id*

13) Ironia. Quos, inquit, a te contemni, putet, cum de illorum caede cogites? *Mur*

uentem, usque ad portas profequan-
4)
quamquam quid loquor? 1) te ut ulla res
at? tu ut umquam te corrigas? tu ut
fugam meditere? tu ut ullum exfilium
es? Utinam tibi iftam mentem dii im-
ales duint! 2) tametfi video, fi mea
voce

Mos antiquus erat profequendi eos, qui in exfilium
irent. Unde Catil. II. Cap. 1. *vel ipfum egredien-
tem verbis profecuti fumus. Muret.*

Reprehendit fe ipfum, quod tam multis verbis co-
hortatus fuerit Catilinam, ut in exfilium proficifce-
retur. Ait enim, id nullo modo ab eo exfpectari
portere. *Idem. Frangat* h. e. obftinatae mentis
suae confilium retundat et fupprimat. *Frangi* elegan-
ter dicuntur, qui, cum leniori ratione flecti nequeunt,
vi quafi expugnanti ad faciendum aliquid adiguntur.

Duint, antique pro dent. Cupiditates, quae in
hominum mentibus enafcuntur, itemque confilia,
quae capiuntur, a diis immitti multi veterum credi-
derunt. Hinc in poëtarum fcriptis videmus, heroas
omnia de confilio alicuius Dei facere: Agamemnona
Iunoni, Achillem, Aiacem, Diomedem, Ulyffem,
Iafonem Palladi, Paridem Veneri, alios denique aliis
deis obtemperare; etiamque ut quisque Deus cuique
homini bene aut male confultum cuperet, ita puta-
batur bonum, aut malum confilium ei dare: profu-
turas aut nocituras cupiditates in animum illius im-
mittere. Ex hac fententia dictum eft a Virgilio:

Hic mihi nefcio quod trepido male numen amicum
Confufam eripuit mentem.

Et a Cicerone in Miloniana Cap. 33. *Hic, dii im-
mortales, ut fupra dixi, mentem dederunt illi per-
dito ac furiofo, ut huic faceret infidias.* Muret.

In

proficiscere. Quid est, Catilina? ecquid at-
tendis, ecquid animaduertis horum silen-
tium? patiuntur, 9) tacent. Quid exspectas
auctoritatem loquentium, quorum volunta-
21 tem tacitorum perspicis? At si hoc idem
huic adolescenti optimo, P. Sextio, 10) si
fortissimo viro, M. Marcello dixissem: iam
mihi consuli, hoc ipso in templo, iure op-
timo senatus vim et manus intulisset. De te
autem, Catilina, cum quiescunt, 11) pro-
bant: cum patiuntur, decernunt: cum ta-
cent, clamant. Neque hi solum, 12) quo-
rum tibi auctoritas est videlicet cara, 13) vita
vilissima: sed etiam illi equites Romani, ho-
nestissimi atque optimi viri, ceterique fortissi-
mi ciues, qui circumstant senatum, quorum
tu et frequentiam videre, et studia perspi-
cere, et voces paullo ante exaudire po-
tuisti. Quorum ego vix abs te iamdiu manus
ac tela contineo: eosdem facile adducam,
ut te haec, quae iampridem vastare studes,
relin-

9) Iubere me, ut egrediaris. *Idem.*

10) P. Sextio Gallo, quaestori C. Antonii consulis, pro quo exstat Ciceronis oratio. *M. Marcello:* quem postea apud Caesarem defendit. *Muret.*

11) *Cum quiescunt* h. e. me dicentem placide audiunt, haud vim et manus dicenti inferunt.

12) Non solum senatores, sed et equites, ceterique ciues, qui circumstant senatum, silentio significant, placere, ut tu in exsilium proficiscaris. *Idem.*

13) Ironia. Quos, inquit, a te contemni, quis non putet, cum de illorum caede cogites? *Manut.*

14) Mes

relinquentem, usque ad portas prosequantur. 14)

Quamquam quid loquor? 1) te ut ulla res 9
frangat? tu ut umquam te corrigas? tu ut 22
ullam fugam meditere? tu ut ullum exsilium cogites? Utinam tibi istam mentem dii immortales duint! 2) tametsi video, si mea
voce

14) Mos antiquus erat prosequendi eos, qui in exsilium abirent. Unde Catil. II. Cap. 1. *vel ipsum egredientem verbis, prosecuti sumus.* *Muret.*

1) Reprehendit se ipsum, quod tam multis verbis cohortatus fuerit Catilinam, ut in exsilium proficisceretur. Ait enim, id nullo modo ab eo exspectari oportere. *Idem.* *Frangat* h. e. obstinatae mentis tuae consilium retundat et supprimat. *Frangi* eleganter dicuntur, qui, cum leniori ratione flecti nequeunt, vi quasi expugnanti ad faciendum aliquid adiguntur.

2) *Duint*, antique pro dent. Cupiditates, quae in hominum mentibus enascuntur, itemque consilia, quae capiuntur, a diis immitti multi veterum crediderunt. Hinc in poëtarum scriptis videmus, heroas omnia de consilio alicuius Dei facere: Agamemnona Iunoni, Achillem, Aiacem, Diomedem, Ulyssem, Iasonem Palladi, Paridem Veneri, alios denique aliis deis obtemperare; etiamque ut quisque Deus cuique homini bene aut male consultum cuperet, ita putabatur bonum, aut malum consilium ei dare: profuturas aut nocituras cupiditates in animum illius immittere. Ex hac sententia dictum est a Virgilio:

Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum
Confusam eripuit mentem.

Et a Cicerone in Miloniana Cap. 33. *Hic, dii immortales, ut supra dixi, mentem dederunt illi perdito ac furioso, ut huic faceret insidias.* Muret.

In

perterritus ire in exsilium animum induxeris, quanta tempestas inuidiae nobis, si minus in praesens tempus, recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Sed est mihi tanti; 3) dummodo ista priuata sit calamitas, 4) et a reipublicae periculis seiungatur.

In praesens tempus: für ietzt. *In posteritatem*: hoc est, in posterum, in Zukunft.

3) Ad hunc locum *Muretus* ita: tanti publice interesse duco, te ex urbe exire, ut, dum id fiat, non recusem omnem inuidiae tempestatem subire. Explanatius *Doering* ita: sed publica reipublicae salus tanti momenti esse omnino mihi videtur, ut huic impendenti inuidiae tempestati me obiiciam, dummodo consequar id, ut publicae calamitatis periculum in me solum priuatumque hominem auertam. Hanc sententiam omnes fere interpretes sequuntur. Ego vero iis assensum praebere a me impetrare non potui. Series orationis longe aliam interpretationem requirere, saltem admittere mihi videtur. *Sed est mihi tanti*: sed inuidiae tempestatem, quae discessu Catilinae paratur mihique subeunda est, minimi facio, seu *huius* non facio. *Doch ich achte das so viel* d. h. ich achte es für gar nichts. Eodem sensu infra Orat. II. cap. 7. §. 15.

4) Loquitur Cicero de calamitate ea, quam sibi impendere auguratur, si Catilina ipsius iussu in exsilium ierit, ut sit sensus: dummodo ista calamitas, quam ego accipiam ex inuidia, quae mihi conflabitur, si tu meo iussu in exsilium ieris, priuata sit, et a reip. periculis seiuncta, non recuso, quo minus eam subeam, hac conditione, ut tu in exsilium ieas. Huiusmodi autem sententiae multum et ad beneuolentiam, et ad comparandam auctoritatem valent: quae indi-

gatur. Sed tu ut vitiis tuis commoueare, ut legum poenas pertimeſcas, ut temporibus reipublicae concedas 5) non eſt poſtulandum. Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore reuocarit. 6) Quamobrem, ut saepe 23
iam dixi, proficiſcere: ac, ſi mihi inimico, ut praedicas, tuo conflare vis inuidiam; recta perge in exſilium: vix feram ſermones hominum, 7) ſi id feceris: vix molem iſtius inuidiae, ſi in exſilium ieris iuſſu conſulis, ſuſtinebo. Sin autem ſeruire meae laudi et gloriae mauis; egredere cum importuna 8) ſceleratorum manu: confer te ad Manlium: con-

indicant animum de publica tantum utilitate ſollicitum, et, dum reip. conſulat, nihil de ſuo priuato periculo laborantem. *Muret.*

5) Graeuius edidit *cedas* et *concedas* hoc ſenſu dici negat. Sed errat. V. *Clav.* in *concedere.* *Concedere reip. temporibus*, eſt, facere, quod praeſens ſtatus reip. poſtulat, aut iniungit faciendum, quamquam inuitus facias, et non aequo animo.

6) Tria ſunt in animo, quae peccare prohibent, pudor, metus, et ratio. Nullum horum trium Cicero quidquam umquam in Catilina valuiſſe ait. Eleganter autem turpitudinem pudori, periculum metui, furorem rationi, ſingula ſingulis oppoſuit. *Muret.*

7) *Vix - hominum:* fere in malam partem ſumitur: *die übeln Nachreden der Leute.* Hunc ſenſum demonſtrauit Muretus h. l. e locis parallelis.

8) *Importuna*, id eſt, *crudeli.* Cat. II. Cap. 6. §. 12. - - *importuniſſimum hoſtem?* *Boni* Ciceroni dicuntur, qui reipubl. bene cupiunt. *Impio latrocinio* grauius pro impio bello, quod a perditis ciuibus

concita perditos ciues: secerne te a bonis: infer patriae bellum: exsulta impio latrocinio, ut a me non eiectus ad alienos, sed in-
124 uitatus ad tuos isse videaris. Quamquam quid ego te inuitem, a quo iam sciam esse praemissos, qui tibi ad forum Aurelium 9) praestolarentur 10) armati? sciam pactam et constitutam esse cum Manlio diem? a quo etiam aquilam illam argenteam, 11) quam tibi

tamquam latronibus contra patriam geritur. *Isse*, id est, *iuisse*.

9) Ciuitates Italiae quaedam *fora* dicuntur, ut forum Iulium, forum Cornelium, forum Sempronium, forum Appii. Ita *forum Aurelium* fuit oppidum haud procul ab urbe. Orat. II. §. 6. *Aurelia via consequentur.* Nomen et originem habuit ab Aurelio quodam, qui Aureliam viam, a Roma per maritima Etruriae ducentem Pisas versus, sub initium haud dubie subactae a Romanis Etruriae, strauit. Quis autem fuerit ille Aurelius, incertum est. *Muret.*

10) Ut Aurelia via simul ad C. Manlium Faesulas ires. *Manut. Sciam pactam*: alii *cum sciam*, et Graeuius addidit *iam* post *sciam*, sed male; est enim anaphora. *Diem*, ad quam in castris esse deberes.

11) *Aquilam illam*, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. Sallust. cap. 59. *Aquilam* Romanorum legionum proprium signum fuisse, constat. Cum autem legio diuideretur in decem cohortes: prima cuiusque legionis cohors semper suscipiebat aquilam. Aquilae effigies erat vel argentea, ut hic videmus, vel aurea. Qui eam portabat, *aquilifer* dicebatur. Erant autem signa, quibus Romanorum exercitus utebantur, sacra, et deorum fere loco colebantur, quod et Ciceronis hoc loco verba confirmant. *Muret.*

12) Alii

tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido et funestam futuram, cui domi tuae sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse praemissam? Tu ut illa diutius carere possis, quam venerari, ad caedem proficiscens, solebas? a cuius altaribus saepe istam impiam dexteram 12) ad necem ciuium transtulisti?
10 Ibis tandem aliquando, quo te iampridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat: 25
neque enim tibi haec res 1) affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit. Numquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium 2) concupisti: nactus es ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis, conflatam improborum manum. Hic tu qua laetitia perfruere? qui- 26
bus gaudiis exsultabis? quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam, neque videbis? 3) Ad huius vitae studium meditati

12) Alii, *istam dextram impiam*. Male. Adiectiua enim augentia praeponi solent.

1) *Haec res* h. e. hoc bellum contra patriam, haec ciuium caedes.

2) Quod nec rite nec iuste geritur, nefarium bellum dicitur.

3) Amare dictum: quasi nihil ei sit bonorum virorum adspectu, alloquioue molestius. *Muret*. *Hic*: inter eiusmodi hominum gregem. *Bacchabere* h. e. Bacchanum more furies, quasi et insanies.

ditati illi sunt, qui feruntur, 4) labores tui: iacere humi 5) non modo ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum: vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis occisorum. 6) Habes, ubi ostentes 7) illam praeclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiae rerum om-

4) Qui tamquam ad gloriam tuam narrantur, praedicantur. Ideo dixit Orat. II. cap. 5. Stuprorum et scelerum exercitatione assuefactus, frigore et fame et siti, ac vigiliis perferendis, fortis ab istis praedicabatur. Eodem sensu pro Archia, Cap. 9. §. 21. *nostra semper feretur - - Manut. Labores tui*: de Catilinae patientia videnda sunt ea, quae Sallustius narrat. Cap. V. *Meditati sunt* passiue, exercitationis et praeparationis causa suscepti sunt.

5) Et qui de nocte grassantur, et qui furtiuos sequuntur concubitus, saepe iacere humi, et sub dio pernoctare coguntur. Utriusque igitur rei causa, ad ponendum humi corpus, exercitatum dicit esse Catilinam. *Muret. Obsidere*, speculari curiose, circumsistere aedes, ut secure liceat aliorum uxoribus potiri.

6) *Insidiantem bonis occisorum*, id est studentem occidere noctu homines, ac deinceps eorum bona auferre. Quidam codices habent *otiosorum* pro *occisorum* idque recepit ac defendit Graeuius, sed non bene. Nam refertur ad superius, *ad facinus obeundum*. Ergo non est, cur otiosi hic commemorentur; sensus est, ut occidat et occisos spoliet.

7) In exercitu improborum contra rempublicam conflato. *Illam - - patientiam:* mire exprimit cum irrisione, quod in Catilina praedicabatur, summam patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium. Irrisio autem apparet in quatuor similiter desinentibus casibus *illam tuam praeclaram patientiam. Manut.*

8) Qui-

omnium; quibus 8) te breui tempore confectum esse senties. Tantum profeci tum, 27
cum te a consulatu repuli, 9) ut exsul potius tentare, quam consul vexare rempublicam posses: atque ut id, quod esset a te scelerate susceptum, latrocinium potius, quam bellum 10) nominaretur.

Nunc, ut a me, 1) patres conscripti, II
quandam prope iustam patriae querimoniam detester ac deprecer: percipite, quaeso, diligenter, quae dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Etenim, si mecum patria, quae mihi vita mea multo est cari-

8) *Quibus* sc. fame, frigore, inopia rerum omnium.

9) Nempe, cum ego consul perfeci, ut repulsam ferres, qui tuos nefarios sensus, improbamque mentem iam antea cognitam penitus haberem. Ter autem, ut in argumento dictum est, consulatum Catilina petiit, primum Cotta et Torquato Coss. deinde Caesare et Figulo; postremo Cicerone et Antonio. *Manut.* *Tentare* pro aggredi. Flor. II. Cap. 14. *Virum validum temere tentauit.*

10) In ipso enim belli nomine videtur auctoritatis aliquid inesse, vix ut bellum dici debeat, quod a priuato, aut ab exsule infertur. *Bellum* tamen dictum est, quod Spartacus fecit, et bellum quoque intulisse patriae dicitur Coriolanus. Sed hic de proprietate vocabuli Cicero loquitur. Nam ipsemet paulo post *bellum* vocat. *Muret.*

1) Explicaturus, cur Catilinam eiicere potius, quam interficere malit: nouo quodam quasi principio utitur. *Muret. Patriae-deprecer*, hoc est: ut precando et testando vos doceam, patriam non habere caussam de me querendi meque accusandi. *Heum.*

2) Huius-

carior; 2) ſi cuncta Italia, ſi omnis respublica loquatur: M. Tulli, quid agis? tune eum quem eſſe hoſtem comperiſti, quem ducem belli futurum vides, quem exſpectari imperatorem in caſtris hoſtium ſentis, auctorem ſceleris, principem coniurationis, euocatorem ſeruorum et ciuium perditorum, exire patieris, ut abs te non emiſſus ex urbe, ſed immiſſus in urbem eſſe videatur? nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari 3) imperabis?

28 Quid tandem impedit te? 4) mosne maiorum? at perſaepe 5) etiam priuati in hac republi-

2) Huiusmodi ſententiae ſunt, quae orationem moratam efficiunt. Talis eſt infra, Cap. 12. §. 29. *Hoc animo ſemper fui*, ut etc. *Muret.*

3) Id eſt, affici. Tamquam de ſacrificio peculiari pro auertendis malis loquitur.

4) Argumentum ab enumeratione partium per remotionem hoc modo. Quod Catilinam non interficis; oportet te aut more maiorum, aut legibus, aut inuidiae metu impediri. At neque mos maiorum, neque lex ulla, neque inuidiae metus impedire te debet: nihil igitur cauſae eſt, cur eum non interficias potius, quam emittas. Propoſitio tamquam certa et confeſſa ponitur: aſſumtionis, quae tripartita eſt, ſingulae partes adhibitis rationibus confirmantur; itaque procederet argumentatio, niſi Cicero poſtea oſtenderet, praeter has tres aliam quandam ſubeſſe cauſam, cur Catilinam emittendum potius, quam e medio tollendum putet. *Muret.*

5) Confirmat primam partem aſſumtionis, hoc modo: quod priuatos homines in hac rep. non vetitum eſt facere,

publica perniciosos ciues morte multarunt. An leges, 6) quae de ciuium Romanorum supplicio rogatae sunt? at numquam in hac urbe ii, qui a republica defecerunt, ciuium iura tenuerunt. An inuidiam 7) posteri-

facere, id multo animosius facere debet is, cui commissa resp. est. At saepe etiam priuati perniciosos ciues morte multarunt: multo magis igitur idem tibi faciendum est. Licet autem annotare oratoris artificium, qui unum modo nominauerit Scipionem Nasicam, qui priuatus seditiosum ciuem interfecerit: hoc loco tamen, augendi atque amplificandi causa, persaepe id a priuatis hominibus factum esse dicit. *Idem.*

6) Confirmatio secundae partis. Hostes ciuium iura tenere non debent. Catilina hostis est; non igitur debet frui beneficio earum legum, quae de ciuibus Rom. latae sunt. *Muret.* Dicit autem legem Porciam, qua cautum est, *ne quis ciuem Rom. vinciret, aut verberaret, aut necaret:* legem Semproniam de *libertate ciuium Rom.* qua cautum est, ne de capite ciuis Romani iniussu populi Romani iudicaretur. Qui indicta causa in ciuem Rom. animaduertisset, de eo populi quaestio constituebatur. *De ciuium Rom.* Graeuius e libris scr. duobus recepit *ciuium reorum*; sed male. Nam quis sic loquitur?

7) Tertia pars assumtionis duabus rationibus confirmatur, quarum prior est: qui summis populi beneficiis usus est, is, ubi populi salus agitur, nullam recusare inuidiam, nullum subterfugere periculum debet: tu a populo, quae maxima exspectari beneficia poterant, consecutus es: non est igitur, cur in illius salute conseruanda ullam inuidiam, aut ullum periculum extimescas. *Praeclaram vero etc.* ironia. *Muret.*

8) No-

steritatis times? praeclaram vero populo Romano refers gratiam, qui te, hominem per se cognitum, 8) nulla commendatione maiorum, tam mature 9) ad summum imperium per omnes honorum gradus 10) extulit, si propter inuidiam, aut alicuius periculi metum, salutem ciuium tuorum negligis.
29 Sed, si quis est 11) inuidiae metus: num est vehementius seueritatis ac fortitudinis inuidia, 12) quam inertiae ac nequitiae pertimescenda? An, cum bello vastabitur 13) Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existi-

8) Nouum, cuius familia non est rebus gestis clara, quique tua solius laude exsplendescis. Ceterum lego sine dubitatione cum Heumanno *per se*, non *per te*. *Tu*, inquit, *qui es homo per se cognitus.* Ita et Cicero in Bruto cap. 25. *Q. Pompeius, summos honores, homo per se cognitus, sine ulla commendatione maiorum est adeptus.*

9) Omnes enim honores suo anno consecutus est, quod ante ipsum, nouo homini contigerat nulli. *Muret.* V. Orat. II. contra Rullum, Cap. 1. ubi ita: *Neque, me tantummodo consulem, quod est per sese amplissimum, sed ita fecistis, quomodo pauci nobiles in hac ciuitate consules facti sunt, nouus ante me nemo.*

10) Quaesturam, Aedilitatem, Praeturam. *Muret.*

11) Secunda ratio: si, invidiae metu, Catilinae parcis, nihil agis: in eandem enim inuidiam, aut etiam maiorem ex inertia, atque ex fortitudine vocaberis. *Idem.*

12) Interfecto Catilina. *Inertiae ac nequitiae:* emisso Catilina. *Muret.*

13) Amplificatio per enumerationem consequentium belli. *Muret.*

14) In-

existimas inuidiae incendio 14) conflagraturum? His ego sanctissimis reipublicae voci- 12
bus, 1) et eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu iudicarem, 2) patres conscripti, Catilinam morte multari: unius usuram horae gladiatori isti ad viuendum non dedis-

14) *Inuidiae incendio conflagraturum?* h. e. maximum omnium bonorum tibi conflaturum esse odium? Primum sine ulla figura dixerat, *tecta ardebunt:* deinde quod in illis proprie dixerat, figurate ad se ipsum transtulit. *Idem.*

1) *Sanctissimis reip. vocibus* h. e. cohortationibus sanctissime, quia a patria proficiscuntur, colendis. *His ego:* ita emendauit e veteribus libris Muretus pro *his ergo*, eumque sequitur Lambinus. Haec lectio bene cohaeret cum superioribus, hoc modo: si mecum ita resp. loquatur, ego his sanctissimis ipsius vocibus pauca respondebo. Alioqui esset ἀνακόλουθον.

2) Dissolutio propositae argumentationis, quae quidem propositionibus duabus earumque rationibus continetur. Prior proposito: ego, si id e republ. fore iudicassem, Catilinam, nulla interiecta mora, morte multassem. Ratio: non enim metuerem, ne ulla tam pulchrum facinus inuidia sequeretur; quod si aliter caderet, tamen gloriam eam potius quam inuidiam ducerem. Altera proposito: sed satius esse duco, ut emittatur. Ratio: quoniam, eo interfecto, video fore, ut hoc malum reprimatur tantum paullisper; eiecto autem et profligato cum suis, ut in perpetuum comprimatur. Cap. 5. §. 12. *Muret.* *Mentibus*, id est, cogitationibus. *Unius usuram horae* eleganter pro: unam horam, *eine Stunde Frist.* *Usura* saepius inseruit periphrasi in rebus, quae usui vel fructui sunt, e. g. *exigui temporis usuram postulare.*

3) Quasi

dediſſem. Etenim, ſi ſummi viri et clariſſimi ciues, Saturnini, et Gracchorum, et Flacci, et ſuperiorum complurium ſanguine non modo ſe non contaminarunt, ſed etiam honeſtarunt: certe mihi verendum non erat, ne quid, hoc parricida ciuium interfecto, inuidiae mihi in poſteritatem redundaret. Quod ſi ea mihi maxime impenderet: tamen hoc animo ſemper fui, ut inuidiam virtute par-
30 tam, gloriam, non inuidiam putarem. Quamquam nonnulli ſunt in hoc ordine, qui aut ea, quae imminent, non videant: aut ea, quae vident, diſſimulent: 3) qui ſpem 4) Catilinae mollibus ſententiis 5) aluerunt, coniurationemque naſcentem non credendo corroborauerunt: quorum auctoritatem ſecuti multi, non ſolum improbi, verum etiam imperiti, ſi in hunc animaduertiſſem, crudeliter et regie 6) factum eſſe dicerent. Nunc intelligo, ſi iſte, quo intendit, in Manliana caſtra peruenerit, neminem tam ſtultum fore, qui non videat coniurationem eſſe factam, neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc reipu-

3) Quaſi non videant. *Simulamus* falſa, *diſſimulamus* vera.

4) De conſulatu quandoque adipiſcendo.

5) Quidam ſenatores benignius iudicabant: eum animo non tam infeſto eſſe, certiora ſigna exſpectanda.

6) Id eſt, tyrannice. Ne nomen quidem *regis* ferre poterat populus Rom. non modo libertatis, ſed etiam licentiae amantiſſimus.

7) Ita

reipublicae peftem paullifper reprimi, non in perpetuum comprimi poffe. Quodfi fe eiecerit, fecumque fuos eduxerit, et eodem ceteros undique collectos naufragos 7) aggregauerit: exftinguetur atque delebitur non modo haec tam adulta reipublicae peftis, 8) verum etiam ftirps ac femen malorum omnium. Etenim iamdiu, 1) patres confcripti, 13
in his periculis coniurationis infidiisque ver- 31
famur: fed, nefcio quo pacto, omnium fcelerum ac veteris furoris et audaciae maturitas in noftri confulatus tempus erupit. Quodfi ex tanto latrocinio 2) ifte unus tolletur: videbimur fortaffe ad breue quoddam tempus cura et metu effe releuati: periculum autem refidebit, et erit inclufum penitus in venis atque in vifceribus reipublicae. 3) Ut faepe homines aegri morbo graui cum aeftu febrique

7) Ita vocat bonis euerfos, eos, qui flagitiofa fua vita fortunarum omnium fecerunt naufragium, *Bankerotierer*. *Se eiecerit* h. e. praeceps ex urbe exierit.

8) *Haec pestis* eleganter pro: hic Catilina tam robuftus et corroboratus reipublicae euerfor, tantum roboris et virium iam in euertenda republica nactus.

1) Totum triennium, a confulatu Lepidi et Tulli.

2) Id eft, ex tot latronibus. Ita fupra Cap. 6. §. 13. *coniuratio* pro *coniurati*, et Orat. IV. Cap. 9. §. 18. *Heuman*.

3) Allegoria, quam ftatim adhibita pulcherrima fimilitudine explicat, et exornat. Qua quidem in fimilitudine respubl. corpori, coniuratio febri, Catilinae fupplicium potui aquae gelidae comparatur. Muret.

que iactantur, si aquam gelidam biberi primo releuari videntur; deinde multo g uius vehementiusque afflictantur: sic hic m bus, qui est in republica, releuatus ist poena, vehementius, viuis reliquis, 4)
32 grauescet. Quare, patres conscripti, se dant improbi, secernant se a bonis, unum locum congregentur, muro denique, quod saepe iam dixi 5) secernantur a nob desinant insidiari domi suae consuli, 6) c cumstare tribunal praetoris urbani, 7) ob dere cum gladiis curiam, malleolos 8) et ces ad inflammandam urbem comparare; denique inscriptum in fronte uniuscuiu

que,

4) *Viuis reliquis* h. e. ceteris coniuratis in urbe re dentibus. Sensus: etiamsi Catilina supplicium sub rit, ingrauescet tamen periculum, si socii eius in uitate remanebunt, ζώντων τῶν λοιπῶν. Erne edidit *ciuibus reliquis*, sed male; nec habent il verba commodum sensum.

5) Cap. 5. §. 10.

6) Sibi duos equites Romanos insidiatos esse, iam di Cap. 4. §. 10.

7) L. Valerii Flacci: ut deterreant praetorem urbanum ius dicentem inter ciues de creditis pecuniis. Na in sociis Catilinae ex aere alieno multi laborabant *Manut.* *Praetor urbanus*, qui inter ciues tantum *peregrinus*, autem, qui inter ciues et peregrinos s mul ius dicebat.

8) *Malleoli* in re militari sunt instrumenta, pice indu ducta, instar sagittae capitatae, in cuius capite inclu debatur ignis, qui hostilia munimenta in obsidionibu incenderet. *Pechkränze*. V. *Ernesti Clav.*

9) I

que, 9) quid de republica ſentiat. Polliceor hoc vobis, patres conſcripti, tantam in nobis conſulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis conſenſionem, ut Catilinae profectione omnia patefacta, illuſtrata, oppreſſa, vindicata eſſe videatis.

Hisce omnibus, Catilina, cum ſumma rei- 33
publicae ſalute et cum tua peſte ac pernicie, cumque eorum exitio, qui ſe tecum omni ſcelere parricidioque iunxerunt, proficiſcere ad impium bellum ac nefarium. Tum tu, Iupiter, 10) qui iisdem, quibus haec urbs, auſpiciis a Romulo es conſtitutus; quem Statorem 11) huius urbis atque imperii vere 12) nominamus: hunc et huius ſocios a tuis aris ceterisque templis, a tectis urbis ac moenibus, a vita fortunisque ciuium omnium arcebis: et omnes bonorum inimicos, hoſtes patriae, latrones Italiae, ſcelerum foedere inter ſe ac nefaria ſocietate coniunctos, aeternis ſuppliciis viuos mortuosque mactabis.

9) Id eſt, palam quisque oſtendat, nec diſſimulet, ut ſcilicet bonos ciues a malis ſecernere, hosque eiicere, vel opprimere poſſimus.

10) Cuius in templo ſenatus habebatur. *Manut.*

11) *Stator* Iupiter dictus eſt, quia ſtitit, id eſt, ſtare fecit Romanos in fugam a Sabinis verſos, auctore Liuio I. Cap. 12. Hoc loco videtur ſignificare fundatorem et conſeruatorem. V. *Erneſti Clav.*

12) Quia tuo nomine tuaque ope Romani, Sabinis inſectantibus, conſtitere: quo ſeruata eſt haec urbs, imperiumque conſtitutum. *Manut.*

M. TULLII CICERONIS IN L. CATILINAM ORATIO SECUNDA, AD QUIRITES.

ARGUMENTUM.

Catilina primae orationi iratissimus cum respondisset, minatus: se incendium suum patriae ruina restincturum; e Senatu se proripuit, ac nocte proxima cum paucis, ut ait Sallustius, cum trecentis, ut ait Plutarchus; coniuratis Roma discessit, ad Manliana castra, quae ad Fesulas erant, profecturus. Remanserant autem Cethegus, Lentulus et alii, quibus negotium dederat, ut maturarent consilia, quia futurum sit, ut ipse propediem cum magno exercitu ad urbem veniat. Proximo post fugam Catilinae die Cicero in concionem populi profectus, dum Senatores conuenirent, hanc secundam orationem e Rostris habuit, qua populo Romano gratulatur, quod, Catilina eiecto, magno metu liberatus sit, reliquos-

liquosque Catilinae socios hortatur, ut ducem suum sequantur. Sed quoniam intelligebat, quantum inuidiae sibi conflasset partim ab his, qui nimis crudeliter eiectum a Cicerone Catilinam innocentem iactabant, partim vero ab iis, qui non dimittendum, sed puniendum fuisse putabant: hanc inuidiam a se studet amoliri, cum coniurationem certo factam esse ostendendo, tum lenitatis suae rationem afferendo. Demonstrat praeterea, quantum periculi reipublicae immineat, cum a Catilina, tum inprimis ab reliquis coniuratis, qui in urbe remanserant, quorum sex genera facit et de singulis quid sentiat, dicit. Ceterum monet Quirites, ut tecta sua contra coniuratorum insidias custodiis vigiliisque defendant: ipsis, ut exeant, si velint, permittit: minatur, si cuius factum conatumue contra patriam deprehenderit: seueritatem cum clementia pollicetur.

Absoluitur autem oratio haec quatuor fere partibus.

I. Exordio. *Cicero sibi atque toti reipublicae de Catilina feliciter expulso triumphantibus quasi verbis gratulatur, et effusissimam laetitiam publice declarat, quod ex hoc tempore insidiis nihil, aperto vero bello parum reipublicae nocere possit. §. 1. 2.*

II. Defensione *contra duplicem querelam.*

1) Prima

1) Prima est bonorum, *nimis leniter cu Catilina actum existimantium.* §. 3-11.

a) *Causas affert, quare cum Catilin seuerius agendum videri possit.*

b) *Opponit causas moderationis adh bitae;*

1) *quod coniuratio nondum liqui satis fuerit.*

2) *quod eius supplicium minus e re fuisset, propter reliquias coniur tionis, clam tum rempublicam p tituras, quas nunc aperto bel ulcisci liceat.*

3) *quod minus metuendum ab iis, q urbe sint egressi, quam qui in il substiterint.* §. 3-10.

c) *In posterum vult esse seuerior, qui consiliis Catilinae iam detectis, r ipsa seueritatem flagitet.* §. 11.

2) Altera querela est fautorum Catilina *consulem calumniantium, quod in s natu importunius Catilinam tractasse et priuata auctoritate in exsilium co iecisset.* §. 12-16. *Defendit se h rationibus;*

a) *quod Catilina iis moribus sit, consulis voce terreri se minime p tiatur.*

b) *quod totus Senatus eum conden narit, id quod ex iis, quae prid gesta erant, probat.* §. 12. 13.

c) que

e) quod sua sponte abierit, et quidem non in exsilium, sed ad bellum contra patriam. Inseritur pathos de conditione magistratuum, quorum facta, quantumuis optima, calumnias maleuolorum euitare nequeant. §. 14. 15. 16.

II. Descriptione *exercitus Catilinae, qui ex sentina hominum perditissimorum conflatus fortitudinem et robur exercitus Romani sustinere non poterit; ubi*

1) militum Catilinariorum foedissima imago delineatur §. 17-26. *Facit autem* sex classes coniuratorum:

a) prima est locupletum *quidem, sed* obaeratorum, *qui propter auaritiam soluere nolunt, ex bello et tabulis nouis remissionem aeris alieni exspectantes. Hanc spem illis praecidit, nec metuendos esse docet, quod vel emendari adhuc possint, vel ad arma ferenda non satis animosi.* §. 17. 18.

b) alterum genus est ambitiosorum, *qui cum nec opibus, nec virtute emergere possint, per vim ad honores contendant. His suadet, ut a tali spe desistant, argumento a causis impedientibus, et ab inhonesto.* §. 19.

c) tertium genus est veteranorum *quorundam militum: quorum spem similiter*

militer diluit a causa impedienti. §. 20.

d) quartum constat ex decoctoribus et prodigis, *qui fide destituti et iudiciis damnati, spem omnem in Catilina habeant. Hos monet, ut a proposito suo desistant, alioqui morte turpi perituri.* §. 21.

e) quintum genus est audacium et facinorosorum, *quibus, ut perditis et desperatis, nullam aliam medicinam adhiberi posse docet, nisi quae ab interitu eorum proficiscatur.* §. 22.

f) sextum genus est omnium scelestissimorum et impurissimorum: *qui, cum emendari nequeant, aut expellendi, aut necandi: tametsi propter intemperantiam ae mollitiem non multum metuendi.* §. 22. 23.

2) *Descriptis Catilinae copiis,* profert causas, quare de optato rei euentu non sit desperandum. *Ubi triplex oppositio:*

a) prima est rerum militarium, ut sunt duces, milites, loca, opes. §. 24.

b) altera est causarum, siue virtutum et vitiorum.

c) tertia adiunctorum, nempe fauoris et odii diuini. §. 25.

3) Enarrat, quomodo ciuitati consuluerit ac prouiderit, *ut ergo ciues de urbe et republica securi esse possent.* §. 26.

IV. Pe-

IV. Peroratione: *ubi*

1) hortatur coniuratos, *ut aut urbe excedant, aut quietos ſe praeſtent: quod conſul poſthac ſeuerior futurus: quod commode abire queant: quod ſeditioſi poenas daturi ſint.* §. 27.

2) pollicetur ciuibus *ſuam in republ. defendenda vigilantiam et moderationem.* §. 28.

3) poſtremo iubet *ciues ad Deos, tamquam optimos rerumpubl. tutores reſpicere, eisque urbis defenſionem et conſeruationem votis et precibus commendare.* §. 29.

Tandem aliquando, 1) Quirites, L. Catili- I
nam, furentem audacia, ſcelus anhelan- 1
tem, 2)

1) Et ad tarditatem, et ad difficultatem indicandam valet. Hinc autem potiſſimum Cicero exorſus eſt, quia nullo pacto facilius poterat ſtatim a principio populi beneuolentiam ſibi adiungere, quam modeſta ſui, et praeclari, et recentis beneficii commemoratione. Omnes enim, qui oppreſſi aliquo metu fuerunt, amant eos, quorum opera ſe metu ac periculo leuatos intelligunt. Ac ſi ii, qui ſuauem aliquem nuntium afferunt, etiam ſi ipſi nihil ad ea, quae nunciant, contulerunt, tamen grati ſolent eſſe: quam accepta eius oratio eſſe debet, qui et ea nuntiat, quae maxime cupimus, et eis conficiendis ipſemet praefuit? Dein-

de

cemus. Loco ille motus est, 10) cum ex urbe est depulsus: palam iam cum hoste, nullo impediente, bellum iustum 11) geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus.
2 Quod vero non cruentum mucronem, ut voluit, extulit, 12) quod viuis nobis egressus est, quod ei ferrum de manibus extorsimus, 13) quod incolumes ciues, 14) quod stantem urbem 15) reliquit: quanto tandem

moero-

ut nuper, cum ille duos misisset, qui me in lecto meo interficerent. Orat. I. Cap. 4. *Idem.*

10) Formula gladiatoria, idemque est, de statu deiecius. *Locus enim* dicitur status in re gladiatoria et militari, ut *gradus.* Hinc Cornelius in Themist. Cap. V. *gradu depulsus,* et Cicero lib. I. de off. C. 23. *de gradu deiici: aus seinem Vortheil getrieben werden.* Quanta autem praecipue in re militari vis sit ordinis, nemo nescit. Saepe enim paruae, sed ordinatae copiae magnas, sed confusas imcompositasque vicerunt. Quemadmodum igitur, ubi loco motus est hostis, certa propemodum et explorata victoria est: ita ait Cicero, Catilina ex urbe depulso, ciuibus iam non amplius de victoria esse dubitandum. *Cum ex urbe est depulsus*: Vulgo, *cum est ex urbe depulsus.*

11) Quod vere, ac proprie belli nomine censeri possit. *Muret. Magnifice* h. e. honorifice, non sine magna laude.

12) Quod me non interfecit, interficiendumue curauit. *Idem.*

13) Allegoria. Significat enim, quod ei, ne caedem in urbe faceret, restitimus. *Idem.*

14) Quorum sanguinem cogitatione iam exorbuerat. *Idem.*

15) De cuius euersione cogitabat. *Idem.*

16) Ita

moerore illum afflictum esse et profligatum putatis? Iacet ille nunc prostratusque est, 16) Quirites, et se perculsum atque abiectum esse sentit, et retorquet oculos 17) profecto saepe ad hanc urbem; quam ex suis faucibus 18) ereptam esse luget: quae quidem laetari mihi videtur, quod tantam pestem euomuerit 19) forasque proiecerit.

At si quis est talis, 1) quales esse omnes oportebat, 2) qui in hoc ipso, in quo exsul- 3 tat

16) Ita Ursinus et Graev. rescripserunt e MSS quibusdam. Assentitur etiam Heumannus, quia plus est prostratum esse, quam iacere. In vulgatis libris est, *iacet ille nunc prostratus*, quod defendit Ernesti.

17) Expressit gestum eorum, qui inuiti aliquid relinquunt. Itaque hominem auri minime cupidum ita expressit Horatius Od. II. 2. *Quisquis ingentes oculo irretorto spectat aceruos. Muret.*

18) Metaphora est ab immanibus feris. *Idem.*

19) Metaphora ab aegrotis, qui saepe vomitu recreari ac releuari solent. *Idem.*

1) Nunc ingreditur ad declarandam rationem consilii sui, cur non interficiendum potius, quam emittendum esse Catilinam duxerit. Artificiose autem facit, ut non modo non improbet, sed magnopere etiam laudet eorum sententiam, qui eum interfici debuisse dicebant, et tamen ab omni reprehensione se liberet. Tale enim dilemma afferri aduersus Ciceronem poterat: aut coniurauit Catilina, aut non coniurauit. Si coniurauit, interficiendus fuit; si non coniurauit, ne eiiciendus quidem. Huic ita respondet, ut illum interfici debuisse fateatur, sed ostendat tamen, magis e republ. fuisse, ut emitteretur. *Idem.*

2) Nam si omnes tales essent, tum demum, Catilinam interficere, nihil periculi fuisset. Triumphas

texta 11) calumnia coeperat: Publicium et Munatium, quorum aes alienum contractum in popina nullum reipublicae motum afferre poterat: reliquit quos viros! 12) quanto alieno aere! 13) quam valentes! quam nobiles!

3 Itaque ego illum exercitum, et Gallicanis legionibus, 1) et hoc delectu, quem in agro Piceno et Gallico Q. Metellus 2) habuit, et his

11) Cum puer adhuc esset, libidinis causa. Praetextam enim ferebant usque ad annum aetatis XVII. *Manut. Muret. Calumnia:* vocem hanc, quae et Mureto superuacanea videtur, funditus deleuit Lambinus. Saltem Graeuius locum hunc non esse sanum putat. Si *calumnia* verum est, sine controuersia recte interpretatus est Ursinus, *simulato amore.* Catilina simulabat, se Tongilium adhuc praetextatum amare, cum illum non amaret. Sed nuspiam *calumnia* hoc sensu reperitur.

12) Id est, *quantos viros!* qui magis timendi sunt, quam quos eduxit.

13) Ideoque nouarum rerum cupidissimos. Illa autem duo verba *vos videtis,* quae post *quam nobiles* in vulgatis leguntur, secundum Muretum et Graeuium sunt delenda.

1) Id est, propter legiones Gallicanas, seu fretus auxilio legionum Gallicanarum. Male quidam scribunt *ex Gallicanis.* Non enim Catilinae hae legiones fuit, sed populi Rom. *quibus*, id est, propter quas contemnit Catilinae copias. Ceterum *Gallicanae copiae* ita differunt a *Gallicis,* ut *Gallicae* vocentur, quae constant e Gallis; *Gallicanae,* quae in Gallia versantur Romanorum copiae.

2) Q. Metellus Celer praetor Cicerone Consule in Galliam sc. Cisalpinam missus delectum habuit contra Catilinam. Senatus enim cum prouincias decreuisset con-

his copiis, quae a nobis quotidie comparantur, magnopere contemno, collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, 3) ex ruſticis decoctoribus, ex iis, qui vadimonia deſerere, 4) quam illum exercitum, maluerunt: quibus ego non modo ſi aciem exercitus noſtri, verum etiam ſi edictum 5) praetoris oſtendero, concident. Hos, quos video volitare in foro, quos ſtare ad curiam, quos etiam in ſenatum venire: qui nitent unguentis,

conſulibus Macedoniam et Galliam, Ciceronique Macedonia, quae lucroſior erat, obtigiſſet: Cicero ſponte eam conceſſit C. Antonio, ut hominem magno aere alieno, ob idque non alienum a ſuſpicione coniurationis, oblata lucri ſpe, ad bonas partes adduceret. Ac ne ipſe quidem in Galliam iuit, ſed, cum ſibi ſumſiſſet urbis cuſtodiam, eo Q. Metellum miſit. Atque hoc eſt, quod Cicero tam ſaepe a ſe prouinciam reipublicae cauſa praetermiſſam fuiſſe iactat. *Quae a nobis* etc. decreuerat enim ſenatus, ut conſules delectum haberent. Sall. Cap. 30. *Muret.*

3) Id eſt, ex agreſtibus luxurioſis; metonymia. *Idem.*

4) *Vadimonium deſerere*, eſt, quem in diem tu alium, aliusue te vadatus fuerit, eum diem non obire. In deſertores autem vadimonii poena infamiae conſtituta erat, et in eorum bona creditores a praetore mittebantur. *Idem.*

5) Ex quo cognoſcent, periclitari ſe de fortunis omnibus, ob deſerta vadimonia. Eſt autem argumentum a minori. *Idem. Aciem exercitus noſtri* pro: exercitum noſtrum ad pugnam committendam paratum et diſpoſitum. *Concident* h. e. profligabuntur ſiue animum deſpondebunt.

tis, qui fulgent purpura, 6) mallem secum suos milites eduxisset: qui si hic permanent, mementote, non tam exercitum illum esse nobis, quam hos, qui exercitum deseruerunt, 7) pertimescendos. Atque hoc etiam sunt timendi magis, quod, quid cogitent, me scire sentiunt, neque tamen permouentur. Video, 8) cui Apulia sit attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum, qui sibi has urbanas insidias caedis

6) Senatores significat. Hi enim soli purpuream tunicam lato clauo insignem ferebant. *Idem.*

7) Et qui Romae remanserunt. Sententia igitur Ciceronis haec est: magnopere contemno eos omnes, qui cum Catilina exierunt, totumque adeo Catilinae exercitum: sed qui e sociis eius in hac urbe manserunt, eos demum metuendos esse duco. Cur exercitum contemnam, in caussa sunt primum legiones Gallicanae, in quibus magnum est populo Romano praesidium constitutum: deinde hic delectus, quem habuit Metellus in agro Piceno et Gallico; praeterea copiae, quae quotidie a nobis comparantur. Magnos etiam mihi animos illud facit, quod totum Catilinae exercitum video e teterrimorum hominum colluuione esse conflatum. Sed hos demum, qui manent in urbe, cum tamen sint nefaria illa societate implicati, nobis esse arbitror pertimescendos. *Idem.*

8) *Video*, id est, clare cognosco, tam certe scio, quam si viderem his oculis. Orat. I. Cap. 1. §. 2. Pro Milone Cap. 18. §. 48. *Cui Apulia sit attributa*: Apuliam C. Iulio, Etruriam Manlio, agrum Picenum Septimio cuidam Camerti attributum scribit Sallust. B. C. Cap. 27. 28. *Attributa* h. e. a Catilina, tamquam imperatore assignata.

9) *Cae-*

dis atque incendiorum 9) depopoſcerit. Omnia ſuperioris noctis 10) conſilia ad me ſentiunt eſſe delata: 11) patefeci in ſenatu heſterno die: Catilina ipſe pertimuit, profugit: hi quid exſpectant? nae illi vehementer errant, ſi illam meam priſtinam lenitatem perpetuam ſperant futuram.

Quod exſpectaui, 1) iam ſum aſſecutus, 4
ut vos omnes factam eſſe aperte coniurationem contra rempublicam videretis; niſi vero ſi quis eſt, qui Catilinae ſimiles cum Catilina ſentire non putet. Non eſt iam lenitati locus: ſeueritatem res ipſa flagitat. Unum enim nunc concedam: exeant, proficiſcantur, ne patiantur deſiderio ſui Catilinam miſerum tabeſcere: demonſtrabo iter: Aurelia via 2) profectus eſt: ſi accelerare volent, ad veſperam conſequentur. O fortunatam rem- 6
publicam, ſi quidem hanc ſentinam huius urbis eiecerit! Uno mehercule Catilina exhauſto, releuata mihi et recreata reſpublica videtur. Quid enim mali aut ſceleris fingi aut excogitari poteſt, quod non ille conceperit?

9) *Caedis*, Cethegus et alii: *incendiorum*, Gabinius et Statilius, auctore Salluſtio.

10) Id eſt, eius, quae proximam anteceſſit.

11) Vulgg. edd. habent, *ad me perlata eſſe ſentiunt*, Sed Graeuiana lectio Erneſti videtur numeroſior. An forte excidit ante *patefeci* pronomen *quae?*

1) Ut fugeret, et ſic omnibus pateret coniuratio.

2) Orat. I. Cap. 9. §. 24.

quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis ficarius, quis parricida, quis teftamentorum fubiector, 3) quis circumfcriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quae mulier infamis, quis corruptor iuuentutis, quis corruptus, 4) quis perditus inueniri poteft, qui fe cum Catilina non familiariffime vixiffe fateatur? quae caedes per hosce annos fine illo facta eft? quod nefarium ftuprum non per illum? Iam vero quae tanta in ullo umquam homine iuventutis illecebra fuit, 5) quanta in illo? qui alios ipfe amabat turpiffime, aliorum amori flagitiofiffime

3) Qui pro teftamentis veris falfa fubiicit, vel fupponit, teftamentarius. *Circumfcriptor*, deceptor, fraudator, qui fraudem circa teftamenta committit per falfam interpretationem. *Nepos*, id eft, luxuriofus, prodigus, diffolutus, quod qui pueri, patre mortuo, in aui tutelam veniunt, tales euadere confueuerint. Nam et indulgentiores patribus fere funt aui: et fi feueri effe velint, facile propter aetatis imbecillitatem a pueris, patrio metu folutis, contemnuntur. *Muretus.*

4) *Corruptus* h. e. pathicus, cinaedus, qui muliebria patitur. Significare videtur amores mafculos, quos vocamus Sodomiticos. *Heum.*

5) *Tanta iuuentutis illecebra* h. e. tanta iuuentutem decipiendi et ad turpiffima flagitia perliciendi fraus et calliditas. Vox *illecebra*, quae proprie in aucupio de cibo, quo aues in laqueos alliciuntur, dicitur, eleganter ad incitamenta et artes, quibus quis in fraudem, vel alterius partes perlicitur, transferri folet. Orat. I. c. 6. §. 13.

6) Hoc

ſime ſeruiebat, 6) aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum, non modo impellendo, verum etiam adiuuando, pollicebatur. Nunc vero quam ſubito, non ſolum ex urbe, verum etiam ex agris, 7) ingentem numerum perditorum hominum collegerat? Nemo, non modo Romae, ſed nec ullo in angulo totius Italiae, oppreſſus aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris foedus adſciuerit. Atque ut eius diuerſa ſtu- 5
dia 1) in diſſimili ratione perſpicere poſſitis; 9
nemo eſt in ludo gladiatorio paullo ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinae eſſe fateatur: nemo in ſcena leuior et nequior, qui ſe non eiusdem prope ſodalem fuiſſe commemoret. Atque idem tamen, ſtuprorum et ſcelerum exercitatione aſſuefactus, 2) frigore, et fame, et ſiti, ac vigiliis perferendis, fortis ab iſtis praedicabatur, cum induſtriae ſubſidia, atque inſtrumenta virtutis, 3) in

6) Hoc eſt, aliorum libidini turpiſſimo flagitio, muliebria nimirum patiendo, ſatisfaciebat.

7) Hoc eſt, quod ſupra agreſtem luxuriam, et decoctores ruſticos dixit. *Muret.*

1) Quid enim tam diſſimile, quam gladiator et hiſtrio? illum caedes, hunc ſcenica leuitas et nequitia delectat. *Manut. Eius diuerſa - ratione* ſeine verſchiedenen Neigungen in entgegengeſetzten Dingen und Handlungen. *Commemoret* id eſt, praedicet.

2) Eadem ſtupra, eademque ſcelera attigit Orat. I. Cap. 10. §. 26. *At huius vitae - - occiſorum.*

3) Ita vocat Cicero patientiam frigoris, ſitis, famis, vigiliarum. *Conſumeret*, ita *Muretus* et Graeuius e MSS.

in libidine audaciaque consumeret. H
rovero si sui fuerint comites secuti: 4) si
urbe exierint desperatorum hominum flagi
si greges: o nos beatos, o rempublicam
tunatam, o praeclaram laudem consul
mei! Non enim iam sunt mediocres ho
num libidines, non humanae ac toleran
audaciae: nihil cogitant, nisi caedes,
incendia, nisi rapinas: patrimonia sua pr
derunt: fortunas suas abligurierunt: res
eos iampridem, fides deficere nuper coe
eadem tamen illa, quae erat in abundan
lib

Mss. emendarunt, pro vulgato *consumerentur*.
pro *cum tamen*. *In libidine*, in stupris; *aud*
in sceleribus. *Manut*.

4) Sententia est; si ceteri coniurati, ducem suum
cuti, ex urbe exierint, beati erimus, fortunata
resp. etc. Sed animaduerte, quam eleganter
rauerit hanc secundam partem, et quanto eam
chriorem, repetitis exclamationibus, reddiderit.
ret. *Hunc vero si sui fuerint comites secuti*;
est, si hunc sui secuti fuerint comites; ut *sui*
subiectum, *comites* pars praedicati. Caue igitur
iungas *sui* et *comites*.

5) *Res*: facultates, res pecuniaria. *Fides: der Cre*
Nemo iam eis pecuniam credere vult, cum fefelle
creditores suos. Paullo ante Graeuius recepit
dem, pro vulgato *caedes*, quam lectionem defe
etiam Muretus; male, inter cetera pluralia.
abligurierunt, quod et Mureto et Manutio pl
Graeuius recepit *obligurierunt*, sed male. *Oblig*
nuspiam occurrit. *Fortunas suas abligurire* est l
sua liguriendo absumere, sein Vermögen in Wol
ben aufzehren, *verschwelgen*.

libido permanet. Quodſi in vino et alea comiſſationes 6) ſolum et ſcorta quaererent: eſſent illi quidem deſperandi, 7) ſed tamen eſſent ferendi. Hoc vero quis ferre poſſit, inertes homines fortiſſimis viris inſidiari, ſtultiſſimos prudentiſſimis, ebrioſos 8) ſobriis; dormientes vigilantibus? qui mihi 9) accubantes in conuiuiis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, ſertis redi-

6) *Comiſſatio* eſt conuiuium nocturnum, hilaris compotatio, a coena cum vagatione nocturna per urbis vicos. Inde enim a nomine κῶμος latine dicitur *comiſſatio*, et a κωμάζειν, a coena bibere, et foris quidem maxime, *comiſſari*. V. *Erneſti Clav*. *In vino et alea* h. e. apud vinum et aleam.

7) *Eſſent-deſperandi* ſo müſte man zwar an der Beſſerung dieſer Menſchen verzweifeln. Nihil enim ab aleatoribus, ſcortatoribus, comiſſatoribus utile ſperari poteſt. *Ferendi:* domeſtica enim illa turpitudo et infamia ſaltem rempubl. non attingeret. *Muret.*

8) *Ebrioſos*, i. e. homines ebrietati deditos. Graeuius probat et reſtituit *ebrios*, ſed male. *Ebrii* non inſidiantur, quamquam nec *dormientes*: ſed hi ſunt ſomno dediti, negligentes, incurioſi.

9) *Qui mihi*: hoc *mihi*, quod ad ſententiam attinet, abundat: ſed ornatum quendam, et vim habet, a contemnente pronunciatum. Cap. 2. §. 4. *Confecti cibo* ita dicuntur, qui tanta ciborum ſe ingurgitauerunt copia, ut neque mente, neque corpore libere uti poſſint. *Confecti* igitur multo grauius et ſignificantius de guloſis iſtis hominibus quam *conferti*, quod aliae editiones exhibent. *Doering. Eructant:* apte, cum dixerit: vino languidi, confecti cibo. *Manut.*

10) Co-

redimiti, unguentis obliti, debilitati ſtu
eructant ſermonibus ſuis caedem bonor
11 atque urbis incendia. Quibus ego con
impendere ſatum aliquod: et poenas ian
improbitati, nequitiae, ſceleri, libidini d
tas, aut inſtare iam plane, aut certe iam
propinquare. Quos ſi meus conſulatus, (
niam ſanare non poteſt, ſuſtulerit: non b
neſcio quod tempus, ſed multa ſaecula
pagarit reipublicae. Nulla eſt enim na
quam pertimeſcamus: nullus rex, qui
lum populo Romano facere poſſit: om
ſunt externa unius virtute 10) terra mari
pacata: domeſticum bellum manet: intus
ſidiae ſunt: intus incluſum periculum
intus eſt hoſtis. Cum luxuria nobis, (
amentia, cum ſcelere certandum eſt. I
ego me bello ducem profiteor, Quirites:
ſcipio inimicitias hominum perditorum: q
ſanari poterunt, quacunque ratione ſana
quae reſecanda erunt, non patiar ad pe
ciem ciuitatis manere. 11) Proinde aut exe

10) Cn. Pompeium ſignificat, cuius laudes celeb
in oratione pro lege Manilia.

11) In tribus codicibus ſcribitur *manere* pro *ma*
et ita videtur legendum eſſe ex latinitatis rati
Nam *manare* dicitur quidem eleganter de vitio,
manat ab uno membro animalis ad alia, ſed no
membris ipſis. *Sanari-reſecanda*: unde alle
ducta ſit conſtat. Huc pertinet et ille locus ex
ua Philipp. c. 5. *In corpore ſi quid eiuſmodi*
quod reliquo corpori noceat: uri ſecarique pati

aut quiescant: aut si et in urbe, et in eadem mente permanent, ea, quae merentur, 12) exspectent.

At etiam sunt, 1) Quirites, qui dicant, 6
a me in exsilium eiectum esse Catilinam. Quod 12
ego si verbo assequi possem, istos ipsos eiicerem, qui haec loquuntur. Homo enim videlicet timidus et permodestus vocem consulis ferre non potuit: simul atque ire in exsilium iussus est, paruit, iuit. 2) Hesterno die, Quirites, cum domi meae paene interfectus essem, senatum in aedem Iouis Statoris vocaui, 3) rem omnem ad patres conscriptos detuli. Quo cum Catilina venisset: quis eum senator appellauit? quis salutauit? quis deni-

ut membrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat, sic in reip. corpore, ut totum saluum sit, quidquid est pestiferum, amputetur.

12) Ultimum supplicium. *Muret.*

1) Non deerant, qui inuidiam Ciceroni conflare cupientes quererentur de nimia illius potentia, quod ciuem Rom. claris ortum maioribus, magnis in republ. honoribus functum, vi et minis in exsilium misisset. Eam nunc a se multis rationibus amouere conatur. *Muret.*

2) Vulgata lectio, quam acriter defendit Muretus, *quieuit* pro *iuit*, vix commodum habet sensum: Praeferenda ergo Graeuiana. In sequentibus, *sed res sic se habet*, aut simile quid desiderari videtur. Nam quae sequuntur, sunt abruptiora. Incipit Cicero exponere, quid actum esset, sui defendendi caussa.

3) Graeuius e duobus MSS. edidit *conuocaui*, pro vulgato *vocaui*. Non erat opus. Nam et infra Cap. 12. §. 26. *senatus vocari* dicitur.

denique ita adspexit, ut perditum ciuem, ac non potius, ut importunissimum hostem! Quin etiam principes eius ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat,
13 nudam atque inanem reliquerunt. 4) Hic ego vehemens ille consul, qui verbo ciues in exsilium eiicio, quaesiui a Catilina, an nocturno conuentu apud M. Leccam fuisset, necne. Cum ille, homo audacissimus, 5) conscientia conuictus, primo reticuisset: patefeci cetera; quid ea nocte egisset, 6) ubi fuisset, quid in proximam constituisset, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, edocui. Cum haesitaret, cum teneretur; quaesiui, quid dubitaret eo proficisci, quo iampridem pararat: cum arma, cum secures, cum fasces, 7) cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam, 8) cui ille

4) V. Orat. I. Cap. 7. §. 16.

5) Id est, homo alias audacissimus, ut admirabilius videatur, eum reticuisse, idque non metu, sed conscientia effectum. *Muret.*

6) V. Orat. I. Cap. 4. §. 9. *Ubi fuisset*, haec duo verba non leguntur in Mureti libris, quaequae si quis sustulerit, nihil neque de sententia, neque de orationis vehementia detraxerit. Adscripta videntur ex Orat. I. Cap. 1. *In proximam*, i. e. eam, quae proxime secutura erat, in quam constituerat Catilina se exiturum. *Descripta:* distributa, diuisa. *Idem.*

7) Fasces et secures erant consulum insignia; hic pro imperatoris insignibus.

8) Habebat scilicet Catilina aquilam illam, quam bello Cimbrico Marius in exercitu habuisse dicebatur. V. Sallustius B. C. Cap. 59.

9) Non

ille etiam sacrarium scelerum domi suae fecerat, scirem esse praemissam. In exsilium eii- 14
ciebam, 9) quem iam ingressum esse in bellum videbam? Etenim, credo, Manlius iste, centurio, qui in agro Fesulano castra posuit, bellum populo Romano suo nomine indixit: et illa castra nunc non Catilinam ducem exspectant: et ille, eiectus in exsilium, se Massiliam, 10) ut aiunt, non in haec castra conferet. O conditionem miseram, non mo- 7
do administrandae, verum etiam conseruandae reipublicae! Nunc, si L. Catilina, consiliis, loboribus, periculis meis circumclusus ac debilitatus, subito pertimuerit, sententiam mutauerit, suos deseruerit, consilium belli faciundi abiecerit, ex hoc cursu sceleris et belli, iter ad fugam atque in exsilium conuerterit: non ille a me spoliatus armis audaciae, non obstupefactus ac perterritus

tus

9) Non est in exsilium eiici dicendus, qui suapte sponte in bellum ingressus est: in bellum autem iam ingressus erat Catilina: non igitur in exsilium eiectus est. *Muret.*

10) *Massilia*, urbs nobilis in Gallia Narbonensi, hodie *Marseille.* Erant autem Massilienses valde amici populo Rom. hac de causa ciues Romani, qui in exsilium ibant, Massiliam fere se conferebant. Sic T. Annius Milo fecit, qui Clodium occidit: sic etiam Catilinarii Catilinam facturum esse aiebant. *Idem. Ut aiunt* delendum censet Heumannus tamquam glossema perspicuum. Ernesti etiam hoc *ut aiunt* suspectum est.

tus mea diligentia, non de ſpe conatuqu pulſus, ſed indemnatus, 1) innocens, i ſilium eiectus a conſule, vi et minis eſſ cetur: et erunt, qui illum, ſi hoc fec non improbum, ſed miſerum; me non gentiſſimum conſulem, ſed crudeliſſimu tyrannum exiſtimari velint. Eſt mihi tan Quirites, huius inuidiae falſae 3) atque quae tempeſtatem ſubire, dummodo a v huius horribilis belli ac nefarii periculum pellatur. Dicatur ſane eiectus eſſe a dummodo eat in exſilium: ſed, mihi c te, non eſt iturus. Numquam ego a immortalibus optabo, 4) Quirites, inui meae leuandae cauſa, ut L. Catilinam du exercitum hoſtium, atque in armis voli audiatis: ſed triduo tamen audietis: m

1) Id eſt, indicta cauſa, incognita cauſa. *Heum.* *liatus armis audaciae* h. e. reiectus a captis au ſima facinora perpetrandi conſiliis.

2) V. Orat. I Cap. 9. §. 22.

3) Uti *timor falſus* dicitur, ubi non eſt iuſta cauſ tuendi, ſic *inuidia falſa* hic eſt inuidia immerit falſis cauſis orta.

4) Qui nobis aſſeueranter aliquid mali praedicunt fere nobis male cupere opinamur. Cum igitu certo affirmaturus eſſet Cicero, Catilinam tridu armis fore, aliquid ſibi praemuniendum putauit in hanc ſuſpicionem incideret eo magis, quod, i inuidiae metu optare, ut id contingeret, potera quis ſuſpicari. *Muret.*

5)

que magis illud timeo, 5) ne mihi ſit inuidioſum aliquando, quod illum emiſerim potius, quam quod eiecerim. Sed cum ſint homines, 6) qui illum, cum profectus ſit, 7) eiectum eſſe dicant, iidem, ſi interfectus eſſet, quid dicerent? Quamquam iſti, 8) qui Ca- 16
tilinam Maſſiliam ire dictitant, non tam hoc queruntur, quam verentur. 9) Nemo eſt iſtorum tam miſericors, 10) qui illum non ad Manlium, quam ad Maſſilienſes ire malit. Ille autem, ſi mehercule hoc, quod agit, 11) num-

5) Non timeo, inquit, ne mihi inuidioſum ſit, quod Catilinam eiecerim: nam neque eieci, et, ſi eieciſſem, deſperatum ac nefarium hominem eieciſſem: ſed illud metuo, ne mihi inuidiae ſit, quod eum emiſerim, quem ſummo ſupplicio afficere debuiſſem. *Idem.*

6) Redit ad id, quod initio propoſuerat: cauſam fuiſſe, cur Catilinam non interficeret argumentaturque a minori, hoc modo: cum Catilina ex urbe profectus ſit, accuſor, quaſi eum eiecerim; ergo multo magis accuſarer, ſi eum interfeciſſem. *Idem.*

7) Id eſt, cum tamen ſua ſponte abierit. *Heum.*

8) Significat; has querelas manare ab hominibus male affectis in rempubl. et non alienis a coniuratione. *Muret.*

9) Cupiunt enim, eum quam primum cum exercitu ad urbem accedere, et metuunt, ne conſilium mutet. *Idem.*

10) *Tam miſericors* h. e. Catilinae, tamquam iniuria eiecti, ita affectus miſericordia. Fingebant enim, ſe miſerari Catilinae caſum, tamquam iniuria eiecti, et in falſam inuidiam vocati. *Idem.*

11) Ut patriae nempe bellum inferat. *Manut.*

numquam ante cogitaſſet, tamen latrocinantem ſe interfici mallet, quam exſulem viuere. Nunc vero, cum ei nihil adhuc praeter ipſius voluntatem cogitationemque acciderit, niſi quod viuis nobis 12) Roma profectus eſt; optemus potius, ut eat in exſilium, quam queramur. 13)

8 Sed cur tam diu de vno hoſte loquimur, 1)
17 et de eo hoſte, qui iam fatetur, ſe eſſe hoſtem: et quem, quia, quod ſemper volui, murus intereſt, non timeo: de his, qui diſſimulant, qui Romae remanent, qui nobiscum ſunt, nihil dicimus? quos quidem ego, ſi vllo modo fieri poſſet, non tam vlciſci ſtudeo, quam ſanare, et ipſos placare reipublicae; neque, id quare fieri non poſſit, ſi me audire volent, intelligo. Exponam enim vobis, 2) Quirites, ex quibus generibus hominum

12) Id eſt, viuo me, Cicerone. *Heum.*

13) Non enim ibit. *Manut.*

1) Tranſitio eſt. Satis, inquit, ſuperque de Catilina locuti ſumus: dicendum iam eſt de iis, qui magis pertimeſcendi ſunt, qui, cum ſint nefario illo coniurationis foedere implicati, tamen in urbe manſerunt. *Muret.* *Si fieri poſſet;* rectius *poſſit*, ob praeſentia, quae ſequuntur.

2) Hac breui propoſitione et beneuolentiam ſibi comparat, cum oſtendit, ſe ſanare malle, quam ulciſci, et docilem auditorem facit, exponens aperte, quibus de rebus ingrediatur dicere. Attentum ipſa neceſſitas, et magnitudo periculi reddit. *Idem.* *Medicinam conſilii atque orationis meae* exquiſitius pro, conſilio

minum istae copiae comparentur: deinde singulis medicinam consilii atque orationis meae, si quam potero, afferam. Unum ge- 18 nus est eorum, 3) qui, magno in aere alieno, maiores etiam possessiones habent: 4) quarum amore adducti, dissolui nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima: 5) sunt enim locupletes: voluntas vero et causa impudentissima. Tu agris, tu aedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis: et dubites de possessione detrahere, acquirere ad fidem? 6) Quid enim exspectas? bellum? quid? ergo in vastatione omnium tuas possessiones

lio atque oratione mea h. e. exposito et cum iis communicato meo consilio.

3) Sex e generibus hominum Catilinae copias conflatas esse dicit. Primi sunt, locupletes, obaerati, amantes possessionum. His id consilii dat, ut, diuendita aliqua parte possessionum, dissoluant ea, quae debent. Quod ut etiam cogantur facere, tabulas auctionarias propositurum se esse profitetur. *Idem.*

4) Itaque possunt, si velint, aere alieno liberari. *Dissolui:* liberari aere alieno. *Muret. Manut.* Insolens genus loquendi. Nam aes alienum quidem *dissoluitur*, i. e. pecunia debita soluitur creditoribus, non homo, qui est in aere alieno.

5) Der äufsere Zustand dieser Menschen ist sehr glänzend. Afferunt enim diuitiae aliquid dignitatis, et cum omnibus, tum maxime locupletibus expedire videtur, nullos in republ. motus excitari. *Muret.*

6) Quam amiserunt, quia non soluunt, quibus debent. *Manut. Detrahere*, i. e. vendere, ut creditoribus satisfiat. *Argento* non de argento puro, sed caelato,

adeo-

ſiones ſacroſanctas 7) futuras putas? ta bulas nouas? 8) errant, qui iſtas a Cat exſpectant: meo beneficio tabulae nc proferentur, verum auctionariae. 9) Ne enim iſti, qui poſſeſſiones habent, alia ra ne ulla ſalui eſſe 10) poſſunt. Quod ſi turius facere voluiſſent, neque (id quod : tiſſimum eſt) certare cum uſuris fructi praediorum, 11) et locupletioribus his me

adeoque de vaſis argenteis accipiendum. *Fa* h. e. ſeruis.

7) Ut eas nemo violare, aut etiam attingere au *Muret.*

8) Eas enim Catilina, ut eſt apud Salluſtium Cap. promiſerat. *Tabulas* Cicero dicit codices accep expenſi. Hinc *tabulae nouae* dicuntur, cum tores creditas pecunias cum uſuris perſoluere non guntur, et abolitis prioribus debitis nouae tab conficiuntur. V. *Erneſti Clav.* Non agitur a de ſolis tabulis argentariorum, ut interpretatu Muretus, ſed de omnibus creditorum tabulis, in referebant, quae credebant et debebant.

9) Quibus publice affixis ſignificabatur, obaerato poſſeſſiones haſtae ſubiici ac vendi plurimum offe ti conſtituto auctionis die. Pro Roſc. Amer. Cap §. 23.

10) Id eſt, aere alieno liberari. *Alia ratione* nisi hac, ut venditione ſuarum poſſeſſionum ſa ciant creditoribus ſuis. *Manut.*

11) *Certare fructibus cum uſuris* eſt velle uſuras ſ creditae ſoluere fructibus, ſeu reditibus, quos mus ex fundis poſſeſſionibusque noſtris, cum ta uſurae fructus praediorum ſuperent. *Graev.* et *neſti Clav.* in *certare.* Conuenerant ſcilicet fceneratoribus, ut eorum praediorum, quae pig

melioribus ciuibus uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimescendos, qui aut deduci de sententia 12) possunt; aut, si permanebunt, magis mihi videntur vota facturi 13) contra rempublicam, quam arma laturi. 14) Alterum genus est eorum, 1) qui9 quam-

pro sorte et usuris acceperant, fructus pro usuris colligerent. Eueniebat autem, ut, quoniam usurae, siue simplices, siue in sortem redactae, longo maiores essent, quam ut eas praediorum fructus aequare possent, Catilinarii semper in annum elapsum debitores manerent: ob eamque causam e sequentis anni fructibus sumendum esset, unde fructus usuris pares esse possent, quasique cum iis comparari atque contendere. Quod ideo stultissimum esse affirmat, quoniam ad extremum omnes sequentium annorum fructus prioribus annis debebantur: itaque proprietas ipsa, aere alieno onusta, creditoribus addicebatur. Vendi igitur praedia et possessiones oportebat; quod tamen Catilinarii, quoniam amore possessionum tenebantur, facere nolebant. *Muret.*

12) Cum viderint, prolatis tabulis auctionariis, imponi sibi soluendi necessitatem. *Idem.* *Qui aut deduci;* edd. et Mss. plerique: *quod aut deducit* nihil interest. *Permanebunt* sc. in sententia.

13) Domi quiescentes amore possessionum suarum. *Manut.* *Vota facere* hic significat *beten.*

14) Propterea quod diuites non facile opponunt se in discrimen vitae: cum contra ii, quibus peculii nihil est, facile adducantur ad quodlibet periculum adeundum. *Muret.*

1) In secunda quasi cohorte Catilinariae legionis ponit eos, qui cum aere alieno obruti essent, ad honores tamen et imperia quoquo modo peruenire cupiebant: idenque studebant nouis rebus, quod facile

19 quamquam premuntur aere alieno, dominationem tamen exſpectant: rerum potiri volunt: honores, quos quieta republica deſperant, perturbata conſequi ſe poſſe arbitrantur. Quibus hoc praecipiendum videtur, unum ſcilicet et idem, quod ceteris omnibus, ut deſperent, ſe id, quod conantur, 2) conſequi poſſe: primum omnium, me ipſum vigilare, adeſſe, prouidere reipublicae: deinde magnos animos eſſe in bonis viris, magnam concordiam, maximam multitudinem, magnas praeterea militum copias; deos denique immortales huic inuicto populo, clariſſimo imperio, pulcherrimae urbi, contra tantam vim ſceleris, praeſentes auxilium eſſe laturos. Quodſi iam ſint id, quod cum ſummo furore cupiunt, adepti: num illi in cinere urbis, et ſanguine ciuium, 3) quae mente con-

cernerent, ſe, quieta republica numquam ea, quae optarent, conſecuturos. *Idem.* Ante *premuntur* Heumannus vult legere *non.* Sentit Cicero, hos non egeſtate impelli ad perturbandam rempublicam, ſed cupiditate honorum, quos ſibi non videantur conſecuturi rep. quieta.

2) Ut reipubl. facies immutetur. *Idem.* Pro *conantur* ſine dubio eſt legendum, *conentur*, ex latinitatis ratione. Poſt *primum omnium* repoſui cum Heumanno comma, quae nota diſtinctionis hic videtur neceſſaria. *Maximam multitudinem* ſc. bonorum virorum. *Praeſentes* praeſenti auxilio praeſentiam ſuam declarantes. C. 13.

3) *In cinere - ciuium* h. e. urbe incenſa et trucidatis bonis ciuibus. Quoniam ſupra ſaepe dixerat,

conſcelerata ac nefaria concupierunt, ſe conſules ac dictatores, ac etiam reges ſperant futuros? non vident id ſe cupere, quod ſi adepti fuerint, fugitiuo alicui, aut gladiatori, 4) concedi ſit neceſſe? Tertium genus 5) eſt aetate iam affectum, ſed tamen exercitatione robuſtum: quo ex genere eſt ipſe Manlius, cui nunc Catilina ſuccedit. Hi ſunt homines ex iis coloniis, quas Sulla conſtituit: 6) quas ego uniuerſas ciuium eſſe op-

rat, eos de caede tantum et incendiis cogitare. *Muret.*

4) Seruorum enim et gladiatorum magna in exercitu Catilinae vis fuit. Ergo ſi ille, quod optabat, conſecutus fuiſſet, ſine dubio tradidiſſet honores, mandaſſetque imperia, non iis, qui votis tantum ipſi fauiſſent, ſpectatoresque ſe otioſos praebuiſſent; ſed iis, quorum in bello gerendo virtutem et induſtriam expertus eſſet. *Idem.*

5) Duo priora genera erant eorum, qui fauebant quidem coniurationi, ſed ita tamen, ut arma non caperent, neque ad exercitum proficiſcerentur. Haec, quae nunc enumerat, eorum ſunt, qui in exercitu erant. *Idem.*

6) Sulla victoria potitus, milites, quorum erat auxilio uſus, magnis eſt et muneribus et honoribus proſecutus. Nam e gregariis etiam militibus alios ſenatores fecit, alios ita diuites, ut regio victu atque cultu aetatem agerent. Praeterea in multa Italiae oppida militum ſuorum colonias deduxit, interque eos ciuium domos agrosque partitus eſt. Deduxit autem nonnullas eorum Feſulas, alios Capuam, alios in alia oppida. *Muret. Feſulis,* quod vulgo eſt poſt *quas,* ſuſpectum habet Muretus delendumque putat. Recte.

timorum, et fortissimorum virorum [illegible] sed tamen hi sunt coloni, qui se in insp[illegible] tis repentinisque pecuniis sumtuosius insol[illegible] tiusque iactarunt. 7) Hi dum aedificant, [illegible] quam beati, 8) dum praediis, lecticis, f[illegible] liis magnis, conuiuiis apparatis delectan[illegible] in tantum aes alienum inciderunt, ut, si [illegible] esse velint, Sulla sit iis ab inferis exci[illegible] dus. Qui etiam nonnullos agrestes, 9) ho[illegible] nes tenues atque egentes, in eandem il[illegible] spem rapinarum veterum 10) impuler[illegible] Quos ego utrosque, Quirites, in eodem [illegible] nere praedatorum direptorumque pono.

Non enim plures colonias Sulla Fesulis constitu[illegible] Adscriptum est temere ex Orat. III. Cap. 6. § [illegible] ubi Cicero ita: *qui est ex his coloniis, quas Fe[illegible] L. Sulla deduxit.* Imperiti enim, qui ibi Fe[illegible] nominari viderent, hic quoque nominandas putar[illegible] Muretum secuti sunt Lambinus et Gruterus.

7) Ita enim fieri solet, ut, qui subito et praeter [illegible] ad magnas pecunias peruenerunt, ii et iactent [illegible] eas insolentius, et eis intemperantius abutantur. [illegible] ret. *Qui se, in insperatis:* Ernesti hic primus [illegible] dit praepositionem *in*, quam sequentis verbi p[illegible] syllaba abstulit. Latinitas hoc additamentum requ[illegible] Nam aliud est *se iactare bonis*, aliud *in bonis*, [illegible] lud est gloriari, hoc abuti ad luxuriam, magnifi[illegible] tiam, quod hic locus desiderat. Sic pro Ro[illegible] Amer. c. 9. § 24.

8) *Beati* id est, diuites. *Heusinger.*

9) Quos supra vocauit rusticos decoctores. *Hom[illegible]* *tenues* vocantur pauperes. Saepius occurrit haec [illegible] nificatio in Orat. pro Rosc. Amer.

10) Quales sub Sulla fuerunt. *Idem.*

11) [illegible]

eos hoc moneo; deſinant furere ac proſcriptiones 11) et dictaturas cogitare. Tantus enim illorum temporum dolor inuſtus eſt ciuitati, ut iam iſta non modo 12) homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſurae eſſe videantur. Quartum genus 1) eſt ſane varium, 10 et miſtum, et turbulentum; qui iampridem 21 premuntur; qui numquam emergent; qui partim inertia, partim male gerendo negotio, 2) partim etiam ſumtibus, in vetere aere alieno vacillant; qui vadimoniis, iudiciis, pro-

11) Proſcripſit Sulla dictator, quos in bello aduerſarios habuerat. *Manut.*

12) *Non modo* ponitur pro *non modo non*, cum ſequitur *ſed ne quidem*. *Inuſtus eſt* grauius pro: iniectus eſt.

1) Primum genus, obaerati, amantes poſſeſſionum. Secundum, obaerati, honorum cupidi. Tertium, Sullani milites. Quartum, urbani decoctores. Quintum ſcelerati, ſicarii, parricidae. Sextum, impuri et impudici. *Muret.* *Varium*; quia non uno tantum vitio, ſed partim inertia, partim mala gerendo negotio, partim etiam ſumtibus, in vetere aere alieno vacillant.

2) Durch übele Wirthſchaft. *Male gerere negotium* hoc loco eſt rem familiarem male curare. *Negotium* eſt ſiue in re ruſtica, ſiue in mercibus, ſiue ſub uſuris collocata pecunia. In omnibus dicitur ſaepe *male gerere rem*, interdum etiam ut h. l. *male gerere negotium*, cum non bene procedit res, non modo lucri nil fit, ſed etiam damna grauiora accipiuntur. *Vacillant:* non videntur ſtare poſſe. Itaque ſubiungitur: *ſi ſtare non poſſunt, corruant.*

3) Prae-

proſcriptionibus 3) bonorum defatigati, permulti et ex urbe et ex agris ſe in illa caſtra conferre dicuntur. Hosce ego non tam milites acres, quam infitiatores 4) lentos eſſe arbitror. Qui homines primum ſi ſtare non poſſunt, corruant: 5) ſed ita, ut non modo ciuitas, ſed ne vicini quidem proximi ſentiant. Nam illud non intelligo, quamobrem, ſi viuere honeſte non poſſunt, 6) perire turpiter 7) velint: aut cur minore dolore perituros ſe cum multis, 8) quam ſi ſoli pereant, 9)

3) Praeclarus ordo. Primum enim vadatur creditor debitorem. Si debitor vadimonium deſeruerit, iudicium aduerſus eum datur, mittiturque creditor in poſſeſſionem. Si per triginta dies bona poſſeſſa fuerint, proſcribuntur. *Muret.*

4) Qui negant, ſe debere, quod iure negare non poſſunt, qui mos eorum eſt, qui ſoluendo non ſunt; mali debitores. *Lentos* et *acres* oppoſuit. Lentos autem infitiatores dixit, quia ſolutionem infitiando differrent, omniaque lente agerent: procraſtinantes. *Manut.*

5) Id eſt, ſi ita oppreſſi ſunt, ut retinere ſtatum et fortunas ſuas non queant; ſubeant infamiam, patiantur ſua bona proſcribi, exeant e ciuitate; ſed ita, ut nullum incommodum e ruina ipſorum non modo ad ciuitatem, ſed ne ad vicinos, ad priuatos quidem perueniat. *Muret.*

6) *Viuere-poſſunt:* locum et ſtatum in ciuitate obtinere non poſſunt propter aes alienum, quo numquam emergent. *Manut.*

7) Ciuili bello, cum hoſtibus reipublicae coniuncti. *Id.*

8) Catilinae ſociis. *Idem.*

9) De-

reant, 9) arbitrentur. Quintum genus eſt parricidarum, ſicariorum, denique omnium facinoroſorum: quos ego a Catilina non reuoco. Nam neque diuelli ab eo poſſunt: et pereant ſane in latrocinio, 10) quoniam ſunt ita multi, ut eos capere carcer non poſſit. Poſtremum 11) autem genus eſt, non ſolum numero, verum etiam genere ipſo atque vita: quod proprium eſt Catilinae, de eius delectu, immo vero de complexu eius ac ſinu: 12) quos pexo capillo nitidos, 13) aut imberbes, aut bene barbatos 14) videtis: ma- 22

9) Domi, procul ab armis. *Idem.*

10) In bello contra patriam.

11) Vox *poſtremus* duplicem habet ſenſum: nam et id, quod ultimo loco ponitur, poſtremum dicimus; et homines diſſolutos, abiectos, nequitiae ac libidini deditos, poſtremos homines nominamus. *Muret.* Pro Roſcio Amer. cap. 47. §. 137.

12) Non obſcure innuit, eos libidinis cauſa amari. *Idem.* Honeſte tamen etiam dicuntur *de complexu et ſinu alicuius eſſe*, qui ſunt familiariſſimi, quos amant maxime et fouent. Lib. XIV. ad famil. ep. 4. *Quid? Cicero meus quid aget? Iſte uero ſit in ſinu ſemper et comlpexu meo. Graev.*

13) *Pexo capillo* quilibet eſſe debet, ſed *pexo capillo nitidi* ſolent eſſe homines molles et effoeminati.

14) Comta et delibuta unguentis barbula. Barbam aluerunt Romani usque ad annum ab V. C. 454. quo tempore primum e Sicilia tonſores in urbem adduxit P. Licinius Mena. Tunc radi coeperunt, non ſenes modo, verum etiam adoleſcentes. Scipio autem Africanus propter mollitiem quandam primus radi quotidie inſtituit. Quin etiam, cum reorum mos eſſet bar-

rum 3) ac municipiorum reſpondebunt 4) Catilinae tumulis ſilueſtribus. Neque vero ceteras copias, ornamenta, praeſidia veſtra, cum illius latronis inopia atque egeſtate conferre debeo. Sed ſi, omiſſis his rebus omnibus, quibus nos ſuppeditamus, 5) eget ille, ſenatu, equitibus Romanis, populo, urbe, aerario, vectigalibus, cuncta Italia, prouinciis omnibus, exteris nationibus, ſi, his rebus omiſſis, ipſas cauſas, quae inter ſe confligunt, contendere 6) velimus: ex eo ipſo, quam valde illi iaceant, intelligere poſſumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum: hinc fides,

3) Pro *urbes*, Muretus legendum cenſet, *vires*; nullo fretus codice. Quomodo coloniae a municipiis differant, tradit Gellius lib. XVI. 13. quem vide.

4) Id eſt, opponentur, uti gladiator pari ſuo opponitur, ſimiles erunt: cum ironia. *Manut.* Pro *tumulis* alii *cumulis*, quod verius putat Muretus, ut cumulos ſilveſtres vocet illam ruſticorum hominum coaceruatam atque accumulatam manum. Heumannus omnia haec verba: *Iam vero - ſilueſtribus* ab aliena manu eſſe credit et ſatis argute oſtendit, unde orta ſint. Sed aſſenſum ipſi praebere nemo poteſt, cum nec ipſe ſibi ſatisfaciat.

5) Id eſt, abundamus, ſuperamus.

6) Conferre, comparare. *Si ipſas cauſas - contendere velimus*: wenn wir das, was gegen einander ſtreitet, zuſammen ſtellen und mit einander vergleichen wollen. *Cauſae* h. l. ſunt virtutes et vitia, quae inuicem ſibi repugnant et aduerſantur, et ad mutuum certamen inter ſe ineundum impellunt.

Iam

ides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc ſce-
lus: hinc conſtantia, illinc furor: hinc hone-
ſtas, illinc turpitudo: hinc continentia, il-
linc libido: denique aequitas, temperantia,
fortitudo, prudentia, virtutes omnes, cer-
tant cum iniquitate, cum luxuria, cum igna-
uia, cum temeritate, cum vitiis omnibus;
poſtremo copiae cum egeſtate, bona ratio
cum perdita, mens ſana cum amentia, bona
denique ſpes cum omnium rerum deſperatione
confligit. In huiusmodi certamine ac proe-
lio, nonne, etiamſi hominum ſtudia deficiant,
dii ipſi immortales cogent ab his praeclariſ-
ſimis virtutibus tot et tanta vitia ſuperari?
Quae cum ita ſint, Quirites, vos, quemad- 12
modum iam antea, 1) veſtra tecta cuſtodiis 26
vigiliisque defendite: mihi, ut urbi ſine ve-
ſtro motu, ac ſine ullo tumultu, ſatis eſſet
praeſidii, conſultum ac prouiſum eſt. 2) Co-
loni omnes municipesque veſtri, certiores a
me facti de hac nocturna excurſione 3) Cati-
linae, facile urbes ſuas finesque defendent:
gla-

1) *Iam antea:* vulgata ſcriptura eſt: *iam antea dixi,* quam retinuit Graeuius. Sed ubi hoc antea dixit? Nusquam. Itaque *dixi* delendum putauit Muretus, ex uno veteri codice. Subintellige autem *feciſtis.*

2) Graecum loquendi genus, pro, ego conſului ac prouidi. *Mihi* pro *a me. Muret. Heum.*

3) Scilicet ex urbe Roma. Von der Entweichung des Catilina aus der Stadt in voriger Nacht. Salluſt. cap. XXXII.

gladiatores, 4) quam sibi ille maximam m-
num et certissimam fore putauit, quamqu-
meliore animo sunt, quam pars patrici-
rum, 5) potestate tamen nostra 6) conti-
buntur. Q. Metellus, quem ego prospicie-
hoc in agrum Gallicanum Picenumque 7)
praemisi, aut opprimet 8) hominem, a-
omnes eius motus conatusque prohibe-
Reliquis autem de rebus constituendis, m-
turandis, agendis, 9) iam ad senatum refe-
mus, quem vocari videtis.

27 Nunc illos, qui in urbe remanserunt, at-
que adeo 10) qui contra urbis salutem o-
nium

4) Qui ne cum Catilina coniungi possent, decreuit se-natus, uti Capuam et in cetera municipia distribu-erentur, pro cuiusque opibus, Sallust. B. C. Cap. XXX. *Manut.*

5) Qui Catilinae fauent. Undecim senatores, qui cum Catilina erant, Sallustius numerat; plures clam ei fa-uisse, ex eodem constat.

6) Id est, consulari potestate, quae nobis est tradita. Sensus est: firmis nostris praesidiis obsessi, commo-uere se contra rempubl. non poterunt. Erant autem distributi in municipia.

7) V. Cap. 3. §. 5.

8) Primum est, hostem, si possis, opprimere, si id non possis, conandum est, ut efficias, ne quid ille noceat. Horum alterutrum dicit a Metello effectum iri. *Muret.*

9) Praeclarus ordo. Nam antequam incipias, con-sulto, et ubi consulueris, mature facto opus est. *Id.*

10) *Atque adeo* seruit correctioni, cum vi augendi: *ja vielmehr.* Orat. I. Cap. 2. §. 5. - - *atque adeo in senatu videtis.*

11) Id

iumque veſtrum, in urbe a Catilina relicti ſunt, quamquam ſunt hoſtes, tamen, quia nati ſunt ciues, monitos etiam atque etiam volo. Mea lenitas adhuc ſi cui ſolutior 11) viſa eſt, hoc exſpectauit, ut id, quod latebat, erumperet. Quod reliquum eſt, iam non poſſum obliuiſci, meam hanc eſſe patriam, me horum eſſe conſulem: mihi aut cum his viuendum, aut pro his eſſe moriendum. Nullus eſt portae cuſtos, nullus inſidiator viae: 12) ſi qui exire volunt, conſulere ſibi poſſunt; qui vero in urbe ſe commouerit, cuius ego non modo factum, ſed inceptum ullum conatumue contra patriam deprehendero: ſentiet in hac urbe eſſe conſules vigilantes, eſſe egregios magiſtratus, eſſe fortem ſenatum, eſſe arma, eſſe carcerem, quem vindicem 13) nefariorum ac manifeſtorum ſcelerum maiores noſtri eſſe vo-
luerunt. Atque haec omnia ſic agentur, Qui- 13
rites, ut res maximae minimo motu, pe- 28
ricula ſumma nullo tumultu, 1) bellum inteſtinum

11) Id eſt, remiſſior, negligentior. Orat. I. c. 2. §. 4.

12) Qui eos, qui ad Catilinam proficiſcuntur, impediant, aut occidant.

13) Carcer igitur tum ad puniendos, tum ad reprimendos continendosque homines nefarios aedificatus eſt. *Muret.*

1) Nulla commotione populi, nulla concertatione. *Muret. Dux togatus:* qui rebus ciuilibus praeeſt, opponitur duci belli, qui non toga, ſed ſago indutus fuit.

2) Po-

Simile 2. a conditoribus urbium, qu[...] comparat cum conſeruatori-bus. §. 2.

Min. Ego remp. ſeruaui. §. 1.

Concl. Ergo honore ſum dignus.

II. Enarrat, *qua ratione coniuratio ſit ma-nifeſtata, inueſtigata et comprehenſa: ubi oſtendit,*

1) *quanta fuerit ſua ipſius diligentia in detegendis coniuratorum conſiliis. §. 3-5.*

2) *quorum ſtudio, quaque temporis op-portunitate e latebris eduxerit coniu-rationem. §. 5-7.*

3) *quibus teſtimoniis omnes coniurati conuicti fuerint; nimirum,*

a) *teſtimonio Vulturcii et legatorum Gallorum. §. 8. 9.*

b) *tabellis, ſiue litteris Cethegi et Lentuli. §. 10-12.*

c) *ſignis atque indiciis externis; quae ſigna erant color, oculi, vultus, taciturnitas. §. 13.*

4) *quae gratiae Ciceroni, praetoribus et collegae Antonio a ſenatu habean-tur. §. 14.*

5) *quam ſplendida ſupplicatio diis im-mortalibus ſuo nomine a ſenatu de-creta ſit. §. 15.*

III. Exornat atque amplificat narrationem, *docens, ſingulari ſua prudentia ac deo-*

rum

rum immortalium beneficio detectam fuisse Catilinae coniurationem. §. 16-22. *Duae potissimum huius exornationis sunt partes:*

1) praedicat fructum rei gestae, *liberationem a periculis, pacem et otium, quod Catilina non sit amplius in urbe, omnesque sceleris ministri sint comprehensi.* §. 16. 17.

2) addit portenta *et significationes diuinas, quibus haec coniuratio praesignificata fuerat; quarum tres memorantur:*

   a) fulminum iactus *terraeque motus.* §. 18.

   b) aruspicum diuinationes *de caedibus, incendiis, legum interitu atque totius urbis occasu.* §. 19-21.

   c) animaduersio in incendarios *templorum et urbis diuinitus facta.* §. 22.

IV. *In* peroratione hortatur.

1) ad gratias diis *pro salute patriae* agendas, *et ad dies supplicationis rite celebrandos,*

   a) *tum ob periculi depulsi magnitudinem.* §. 23.

   b) *tum ob liberationem sine sanguine.* §. 24. 25.

2) *pro tot tantisque in rempublicam meritis hoc unicum laudis monumentum*

et virtutis praemium postulat, ut sempiterna sui memoria conseruetur. §. 26.

3) hortatur *Romanos*, ut ipsum *ab inuidorum obtrectationibus atque insidiis* defendant, *ne recte facta sibi aliquando obsint et noceant*. §. 27. 28.

4) pollicetur *Quiritibus*, *etiam deposito magistratu*, operam *suam atque* diligentiam, *in suscepta reipubl. defensione*. §. 29.

Rempublicam, 1) Quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas, 2) coniuges, liberosque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque urbem, hodierno die, 3) deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculisque meis, ex flamma

1) Uno reipublicae nomine cuncta quodammodo reliqua continentur. Sed est haec ratio quaedam amplificandi, ut cum totum aliquid proposueris, partes etiam enucleatius persequare. *Muret.*

2) *Bona, fortunas:* haec duo idem valentia augendi gratia posuit. *Idem. Fortunatissimam*, id est, omnibus fortunae bonis instructam.

3) Patefacta Allobrogum indicio coniuratione, et in custodiam traditis coniurationis principibus. Ep. I. lib. II. ad Attic. *Manut.*

na atque ferro, 4) ac paene ex faucibus fati ereptam, et vobis conseruatam ac restitutam videtis. Et, si non minus 5) nobis iucundi atque illustres 6) sunt ii dies, quibus conseruamur, 7) quam illi, quibus nascimur; quod salutis certa laetitia est, nascendi incerta conditio; et quod sine sensu nascimur, 8) cum

4) E caede atque incendiis; hypallage. *Idem. Ex faucibus fati:* magnitudinem periculi notat egregia hac a belluis translatione, aus dem Rachen des Verderbens.

5) Argumentum a pari. Paria sunt condere urbem et conditam seruare. Is, qui urbem condidit, in deorum numerum relatus est; igitur et is, qui eandem seruauit, in honore et apud vos et apud posteros esse debebit. *Idem.*

6) *Illustres dies* proprie vocantur dies sereni nubibusque et imbribus carentes: uti *nox illustris* dicitur, qua luna splendet. Hoc loco autem *illustres dies* sunt, quos quotannis, ob memoriam alicuius rei, celebramus ac colimus, merkwürdige Tage. Eorum partim sunt iucundi, ut ii, quibus nati, aut a magno aliquo periculo liberati sumus: quidam etiam acerbi. Non frustra igitur haec duo, *iucundi atque illustres*, coniunxit. *Idem.*

7) Natalem suum quisque quotannis celebrare consueuerat; etiamque natalem eorum, quos amabat. Sed et eos dies colebant, quibus e magno aliquo discrimine erepti forent, ut Horatius Kalendas Martias, quod eo die, casu arboris, adductus quidem in periculum vitae, sed tamen liberatus fuisset. Lib. III. od. 8 — *Hic dies anno redeunte festus*, quo erat *prope funeratus arboris ictu.* Ita Cicero diem reditus sui *natalem* dicit. *Idem.*

8) Natiuitatis nostrae nobis non conscii.

9) In

re esse inflammatos sciebam, eos nobiscum esse, et Romae remansisse: in eo omnes dies noctesque consumsi, ut, quid agerent, quid molirentur, sentirem ac viderem: ut, quoniam auribus vestris, propter incredibilem magnitudinem 6) sceleris, minorem fidem faceret oratio mea; 7) rem ita comprehenderem, ut tum demum animis saluti vestrae prouideretis, cum oculis maleficium ipsum videretis. Itaque ut comperi, legatos Allobrogum, 8) belli Transalpini, et tumultus Gallici 9) excitandi caussa, a P. Lentulo esse solli-

6) Magna enim scelera non temere credi, neque levi coniectura pendi solent: immo quo atrociora sunt, eo ad faciendam fidem pluribus et certioribus notis coarguenda sunt: ut praeclare disputatur in Orat. pro Sex. Roscio Amerino c. 22. *Muret.*

7) Id est, ut infra cap. 9. §. 21. interpretatur, *haec vobis propter magnitudinem sceleris incredibilia videbantur. Heum.*

8) Allobroges, populi Galliae Narbonnensis, quorum caput *Geneua*, legatos Romam questum de magistratuum auaritia miserant; quos Lentulus, praetor, per P. Umbrenum ad coniurationis societatem pertrahere molitus est. Sed illi, cum simularent, se ei consilio fauere, totam rem ad Q. Fabium Sangam detulerunt. Sallust. B. C. Cap. 40. 41. *Muret.*

9) *Bellum* in ulteriore, *tumultum* in citeriore Gallia dicit. *Idem.* Inter bellum et tumultum quid intersit, dixit ipse Cicero Philipp. VIII. c. 1. *Potest esse bellum sine tumultu: tumultus esse sine bello non potest. Quid est enim aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus* (nempe a tumore, sc. re-

rum

sollicitatos, eosque in Galliam ad suos ciues, eodemque itinere, 10) cum litteris mandatisque, ad Catilinam esse missos, comitemque iis adiunctum Vulturcium, atque huic datas esse ad Catilinam litteras: 11) facultatem mihi oblatam putaui, ut, quod erat difficillimum, quodque ego semper optabam a diis immortalibus, tota res non solum a me, sed etiam a senatu, et a vobis manifesto deprehenderetur. Itaque hesterno die 12) L. Flac-

rum nouarum.) *Itaque maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus; tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus; praeterea nullum tumultum nominabant. Grauius autem tumultum esse, quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello vacationes valent, tumultu non valent.*

10) Redeuntes enim in Galliam, iter per Etruriam facturi erant. *Idem.*

11) Quarum exemplum infra videbimus. *Idem.*

12) Sub noctem. Orat. pro Flacco, Cap. 40. *O nox illa, quae paene aeternas huic urbi tenebras attulisti! cum Galli ad bellum, Catilina ad urbem, coniurati ad ferrum et flammam vocabantur: cum ego te, Flacce, caelum noctemque contestans, flens flentem obtestabar: cum tuae fidei optimae et spectatissimae, salutem urbis et ciuium commendabam. Tu, tum, Flacce, praetor, communis exitii nuntios cepisti; tu inclusam in litteris reipublicae pestem deprehendisti; tu periculorum indicia, tu salutis auxilia, ad me et ad senatum attulisti. Quae tibi tum gratiae a me sunt actae? quae ab senatu? quae a bonis omnibus? Quis tibi, quis C. Pomtinio, fortissimo viro, quemquam bonum putaret umquam, non salutem, verum honorem ullum dënega-*

Flaccum et C. Pomtinum, praetores fo
mos, atque amantissimos reipublica
ros, 13) ad me vocaui: rem exposui:
fieri placeret, ostendi. Illi autem, qu
nia de republica praeclara atque egregi
tirent, sine recusatione ac sine ulla mo
gotium susceperunt, et cum aduesperasc
occulte ad pontem Muluium 14) peruene
atque ibi in proximis villis ita bipartiti
runt, ut Tiberis inter eos, et pons inter
Eodem autem et ipsi sine cuiusquam susp
ne, multos fortes viros eduxerunt, et
ex praefectura 15) Reatina complures
ctos adolescentes, quorum opera in

negaturum? O nonae illae Decembres, quae
consule, fuistis! quem ego diem vere natalem
urbis, aut certe salutarem appellare possum.

13) Utrumque necessarium erat: alterum, ut p
exsequi ea, quibus opus erat pro republica, alt
ut vellent. *Muret.* Paullo post deleuit Gräeuiu
nem e MSS. tribus, post *rem.* Vulgo enim,
omnem.

14) Pons Tiberinus, quo in Etruriam itum fuit,
procul ab urbe, in via Flaminia. *Muret. Cella*

15) Oppida Italiae cuncta, vel municipia, vel
niae, vel praefecturae erant, legis Iuliae bene
quae belli Marsici tempore ciuitatem Italis cu
arma deponentibus, largita est. Praefecturae
deterioris, quam coloniae aut municipia, con
nis, quibus quotannis *praefectus*, quem praet
banus dedit, Roma mittebatur, qui ius di
Manut. Cellar, V. *Ernesti Clav. Reate* opp
Sabinorum, amoenissima urbs.

16) V

lica aſſidue utor, 16) praeſidio cum gladiis
miſeram. Interim tertia fere vigilia 17) exa- 6
cta, cum iam pontem Muluium magno co-
mitatu legati Allobrogum ingredi inciperent,
unaque Vulturcius: fit in eos impetus, edu-
cuntur et ab illis gladii, et a noſtris: res
erat praetoribus nota ſolis: ignorabatur a ce-
teris. Tum interuentu Pomtini atque Flacci, 3
pugna, quae erat commiſſa, 1) ſedatur:
litterae, quaecumque erant in eo comitatu,
integris ſignis, praetoribus traduntur: ipſi
comprehenſi ad me, cum iam dilucesceret,
deducuntur. Atque horum omnium ſcelerum
improbiſſimum machinatorem Cimbrum Gabi-
nium ſtatim ad me, nihildum 2) ſuſpicantem,
vocaui.

16) Vulgg. *quorum opera utor aſſidue in reip. praeſidio*; male. Emendauit Muretus, quem ſecutus eſt Graeuius. *Praeſidio miſeram*, ut praeſidio eſſent praetoribus.

17) Früh Morgens gegen 3. Uhr. *Vigilia* eſt quarta pars noctis: noctem enim in quatuor vigilias diſtributam fuiſſe, notum eſt. Tertia igitur vigilia fere exacta, eſt, quatuor fere horis antequam dilucesceret. *Muret.*

1) *Commiſſa* hoc eſt inita. *Integris ſignis*: mit unverlezten Siegeln.

2) *Nihildum* pro nondum quidquam. V. *Horat. Turſel. de part. Machinatorem* h. e. auctorem, architectum. Pro Roſcio Amer. cap. 45. §. 132. *Cimbrum Gabinium*: hunc c. 6. vocat P. Gabinium; et Salluſtius B. C. cap. 17. P. Gabinium Capitonem. Non inuſitatum erat, ut unus haberet plura cognomina.

3) Quia

vocauit. Deinde item arcessitur L. Statilius et post eum C. Cethegus: tardissime autem Lentulus venit, credo, quod litteris dandis praeter consuetudinem 3) proxima nocte vigilarat. Cum summis ac clarissimis huius ciuitatis viris, qui, audita re, frequentes ad me mane conuenerant, litteras a me prius aperiri, quam ad senatum deferri, 4) placeret; ne, si nihil esset inuentum, temere a me tantus tumultus iniectus ciuitati videretur: negaui, me esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem. Etenim, Quirites, si ea, quae erant ad me delata, reperta non essent: tamen ego non arbitrabar in tantis reipublicae periculis mihi esse nimiam diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem celeriter, ut vidistis, coëgi. 5) Atque interea statim, admonitu Allobrogum, C. Sulpicium, praetorem, fortem virum, misi, qui ex aedibus, Cethegi, si quid telorum esset, 6)

3) Quia vigilare solitus non erat. Notat Lentulum ut pigrum et somnolentum. Sic infra cap. 7. §. 16. - - *nec mihi esse P. Lentuli somnum, nec L. Cassii adipem* etc. *Manut.*

4) Hanc lectionem restituit Ernesti. Graeuius habet *referrem;* hic autem nondum de referendo, sed de deferendis litteris agebatur, ut res cognosci, et deinde super re cognita referri posset. Particulam *vero,* quae in vulgg. est ante *summis* deleuit Muretus, eumque secutus est Graeuius.

5) In aedem Concordiae. *Muret.*

6) Hoc

esset, 6) efferret: ex quibus ille maximum sicarum numerum et gladiorum extulit. Introduxi Vulturcium sine Gallis: 1) fidem ei publicam, iussu senatus, dedi: hortatus sum, ut ea, quae sciret, sine metu indicaret. Tum ille, cum vix se ex magno timore recreasset, dixit: a P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata et litteras, ut seruorum praesidio uteretur, 2) et ad urbem quamprimum cum exercitu accederet: id autem eo consilio, ut, cum urbem omnibus ex partibus, 3) quemadmodum descriptum distributumque erat,

6) Hoc est, si quid telorum ibi deprehenderetur.

1) Ut singulis seorsum interrogatis cognosceretur, ecquid eorum indicia inter se concinerent. *Muret.* *Fidem ei publicam dedi* h. e. promisi ei nomine populi impunitatem et salutem. *Iussu senatus* nam fides publica a nullo magistratu sine senatus consulto promitti poterat. Pro *sine timore*, quod est in vulgg. scripsit Graeuius ex Francii libro, *sine metu indicaret*, ne *timore* in tam paucis verbis (sequitur enim paullo post) repetatur.

2) Catilina enim, ut narrat Sallustius, seruitia repudiabat, quod Lentulo displicebat. *Muret.* V. et Cap. 5. §. 12. *Se recreasset* h. e. ad se rediisset, se collegisset. *Litteras, ut* pro *litteras, quibus scriberet, ut,* vel *quibus eum hortaretur, ut.*

3) Duodecim opportunis urbis locis incendium excitare constituerant, ut Sallustius auctor est; at centum, si Plutarchum sequare. Dederant etiam negotium nonnullis obsidendorum aquaeductuum, et interficiendorum, si qui ad exstinguenda incendia accurrissent. *Idem.*

4) Nulli

erat, incendiſſent, caedemque infin
ciuium feciſſent, praeſto eſſet ille,
fugientes exciperet, et ſe cum his
9 ducibus coniungeret. Introducti auten
iusiurandum ſibi et litteras a P. Lentu
thego, Statilio ad ſuam gentem dat
dixerunt: atque ita ſibi ab his, et a
ſio 5) eſſe praeſcriptum, ut equitatum
liam quam primum mitterent: pedeſtı
copias non defuturas: Lentulum aut
confirmaſſe ex fatis Sibyllinis 6) aruſ
que reſponſis, ſe eſſe tertium illum
li

4) Nulli omnino ciui, praeterquam Pompeii libe
cere decreuerat Lentulus, Plutarchus. - *Prae
ille* ſc. Catilina. *Exciperet* a venatoribus
Idem.

5) Qui Ciceronis competitor fuerat in conſulatı
nut. V. *Erneſti Clav.*

6) *Fata Sibyllina* dicuntur oracula Sibyllina
byllini, quos tamquam ſacrarium imperii qui
uiri ſeruabant, et difficili reipublicae tempc
ſulebant. Liv. lib. V. Cap. 13. lib. XXI. C
Tres autem libros ex nouem Tarquinius S
ingenti pretio emerat, qui fata imperii Ron
nere putabantur. Integri manſerunt usque
lum Marſicum, quo, Capitolio incenſo, u
uabantur, ipſi quoque igne corrupti ſunt. C
poſtea exſtabant. Sibyllini libri, ex variis fra
undecumque collectis, erant: *Aruſpices* a
primum inſtituti ſunt, eorumque munus fuit
ma ante mactationem, et poſt eam ex extis,
fumo, futura praedicere.

ium, 7) ad quem regnum huius urbis atque imperium peruenire esset necesse: Cinnam ante se, et Sullam fuisse: eundemque dixisse, fatalem hunc esse annum 8) ad interitum huius urbis atque imperii, qui esset decimus annus post virginum 9) absolutionem, post

Capi-

7) Eadem Sallustius, omissa tamen Virginum absolutione. Lentulum, inquit, dissimulantem coarguunt, praeter litteras, sermonibus, quos ille habere solitus erat, ex libris Sibyllinis regnum Romae tribus Corneliis portendi. Cinnam atque Sullam antea, se tertium esse, cui fatum foret urbis potiri: praeterea ab incenso Capitolio illum esse vigesimum annum, quem saepe ex prodigiis aruspices respondissent bello ciuili cruentum fore. Quibus verbis constat, illud, de tribus Corneliis, e libris Sibyllinis ductum esse, de Capitolii autem incensione, ex aruspicum responsis. V. Sallust. B. C. Cap. 47. *Manut.*

8) *Fatalem annum* h. e. a fato constitutum, ut ipse ab aruspicibus acceperat. *Muret.*

9) Scilicet Vestalium; *absolutionem*, de incestu. Absolutae sunt Vestales virgines M. Pisone defendente. De quo sic in Bruto Cap. LXVII. *Is, cum satis floruisset adolescens, minor haberi est coeptus postea: deinde ex Virginum iudicio magnam laudem est adeptus.* Vulgo de Fabia Vestali, sorore Terentiae, Ciceronis uxoris, interpretantur, de qua ita Asconius in Orat. in toga candida: *Fabia, virgo Vestalis, causam incesti dixerat, cum ei Catilina obiiceretur: eratque absoluta haec Fabia.* Verum sic non *virginum*, sed *virginis*, mentionem fecisset Cicero. Aqua hic haeret Mureto, silente historia. *Cellar.*

Capitolii autem incensionem 10) vic Hanc autem Cethego cum ceteris con siam fuisse dixerunt: quod Lentulo caedem Saturnalibus 11) fieri, atque incendi, placeret; Cethego nimium gum videretur. Ac, ne longum sit, tes, tabellas 1) proferri iussimus,

10) L. Scipione et C. Norbano Coss. custodı gentia Capitolium conflagrauit, quod a. Q postea Hortensio et Metello Coss. restitut *Muret.*

11) *Saturnalia* in Saturni honorem celebrabant Decembri per quinque vel septem dies, maxi tia. Quorum dies erat primus XVI. Kal. Ia quoque seruis, ut cum dominis luderent et tur, concedebatur, iisque ad mensam accum domini ministrabant. Idcirco autem coniura nalia ad faciendam caedem constituerant, quo nitas tum tota vino atque hilaritati dedita videbatur opprimi posse. *Nimium id longu* enim Cethegus praecipiti admodum ac temera nio, unde et Cicero infra Cap. 7. §. 16. *C. gi furiosam temeritatem,* dicturus est, quod mat Sallustius Cap. XLIII. *Muret.* *Videret* est legendum propter manifestam coniunctione antecedentibus, *quod Lentulo et aliis placere* etiam exstat in uno MSS. quo usus est Graeuius go *videri.*

1) In ceratis tabulis scriptitasse veteres notum e tabulas, ubi ad aliquem scripturi erant, lino bant, deinde annulo suo obsignabant. *Tabe* go sunt litterae: unde etiam *tabellarii* dicuntu *retus* et *Ernesti Clav.* *Proferri* nempe a p Flacco. Sall. B. C. c. 44. *Flaccum praetore*

quoque dicebantur datae. Primum ostendimus Cethego signum: cognouit. 2) Nos linum 3) incidimus: legimus. Erat scriptum ipsius manu Allobrogum senatui et populo, sese, quae eorum legatis confirmasset, esse facturum: orare, ut item illi facerent, quae sibi legati eorum recepissent. 4) Tum Cethegus, qui paullo ante aliquid tamen 5) de gladiis ac sicis, quae apud ipsum erant deprehensae, respondisset, dixissetque, se semper bonorum ferramentorum studiosum fuisse, recitatis litteris debilitatus atque abiectus, conscientia conuictus, repente conticuit. Introductus Statilius, cognouit signum et manum suam. 6) Recitatae sunt tabellae in eandem fere

nium cum litteris, quas a legatis acceperat, eodem adferre iubet.

2) Ante resignationem, cum quis litteris ab ipso scriptis conuincendus erat, signum cognosci debuit. *Muret.* *Cognouit*, id est, agnouit suum.

3) Quo litterae clausae erant.

4) Id est, promisissent, se velle facere. *Graeuius.*

5) Illud *tamen* eam vim habet, ut significet, Cethegum, cum in manifesto scelere teneretur, tamen primo dixisse aliquid purgandi excusandique sui gratia; at recitatis litteris, fractum ac debilitatum animo conticuisse. *Muret.* Ernesti omisit coniunctionem hanc, Heumannus utrumque, *aliquid tamen*, eiicere audet; Doering autem particulam *tamen* retineri vult, eamque bene defendit. *Abiectus* h. e. metu perculsus, perterritus.

6) Haec lectio praeferenda est vulgatae: *manum et signum suam.* Prius enim signum cognosci oportebat, deinde

litterae: si quid de his rebus dicere v
feci potestatem. Atque ille primo q
negauit: 12) post autem aliquanto, tot
indicio exposito atque edito, surrexi

deinde manum, resignatis iam litteris. Sic et
fra §. 12. *Muret.*

7) Veteres, ut nunc quoque fit, in annulis sign
quas cuique libitum erat, imagines exprimenda
bant. Saepissime tamen imagine alicuius prae
viri in signando utebantur. Sic hic P. Le
cognomento Sura, imagine aui sui, P. Lentul
cipis senatus, in signando utebatur. *Vero,*
certe, sane. *Idem.* In vulgatis est *quidem*
signum; sed nec h. l. vim habet, nec reperi
Ms. Franc. Omisit hoc verbum et Ernesti.

8) Quam tu inflammare ac diripere cogitabas. *Id*

9) Quos tu crudelissime trucidatos in patriae cin

quaeſiuit a Gallis, quid ſibi eſſet cum iis;
quamobrem domum ſuam veniſſent; itemque
a Vulturcio. Qui cum illi breuiter conſtan-
terque reſpondiſſent, per quem 14) ad eum,
quotiesque veniſſent, quaeſiſſentque ab eo,
nihilne ſecum eſſet de fatis Sibyllinis locutus:
tum ille ſubito, ſcelere demens, quanta con-
ſcientiae vis eſſet, 15) oſtendit. Nam, cum
id poſſet infitiari, repente praeter opinionem
omnium confeſſus eſt. Ita eum non modo
ingenium illud, et dicendi exercitatio, qua
ſemper valuit, ſed etiam, propter vim ſce-
leris manifeſti atque deprehenſi, impudentia,
qua ſuperabat omnes, improbitasque defecit.
Vulturcius vero ſubito proferri litteras atque 12
aperiri iuſſit, quas ſibi a Lentulo ad Catilinam
datas eſſe dicebat. Atque ibi vehementiſſime
perturbatus Lentulus, tamen et ſignum ſuum
et manum cognouit. Erant autem ſcriptae
ſine nomine, ſed ita: *Qui ſim, ex eo, quem
ad te miſi, cognoſces.* 16) *Cura, ut vir
ſis;* 17) *et cogita, quem in locum ſis pro-
greſſus; et vide, quid iam tibi ſit neceſ-*

ſe. 18)

14) Nempe per P. Umbrenum. *Idem.*

15) Cicero pro Milone Cap. 23. §. 61. *Magna vis eſt* etc.

16) Easdem litteras, nonnihil tamen ab his diuerſas, refert Salluſtius Cap. XLIV. *Manut.*

17) Ut conſtanter maneas in incepto, et factam tibi a ſenatu, qui te hoſtem iudicauit, iniuriam magno animo perſequare. *Quem in locum ſis progreſſus;* iam enim tibi pedem referre integrum non eſt. *Muret.*

18) Nem-

ſe. 18) *Cura, ut omnium tibi auxili iungas, etiam infimorum.* 19) Ga deinde introductus, cum primo impu reſpondere coepiſſet, ad extremum ni iis, quae Galli inſimulabant, 20) ne

13 Ac mihi quidem, Quirites, cum illa c ma ſunt viſa argumenta atque indicia ſc tabellae, ſigna, manus, 21) denique cuiusque confeſſio, tum multo illa ce color, oculi, vultus, taciturnitas. Si obſtupuerant, ſic terram intuebantur, tim nonnumquam inter ſe adſpiciebant non iam ab aliis indicari, ſed indicare viderentur. 22)

6 Indiciis expoſitis atque editis, Qu ſenatum conſului, de ſumma repub quid fieri placeret. 1) Dictae ſunt a pı bus 2) acerrimae ac fortiſſimae ſent

18) Nempe, ut aut moriaris, aut vincas. *Id*

19) Seruos intelligit, quos Catilina repudiaba tulus autem iis uti ſuadebat. Cap. 4. §. 8.

20) *Inſimulare,* h. l. ſignificat, crimen in aliqu iicere, accuſare aliquem.

21) Metonymia, pro ſcriptura, littera.

quas ſenatus ſine ulla varietate 3) eſt conſe-
cutus. Et quoniam nondum eſt perſcri-
ptum 4) ſenatus conſultum, 5) ex memoria 6)
vobis, Quirites, quid ſenatus cenſuerit, ex-
ponam. Primum mihi gratiae verbis ampliſ- 14
ſimis aguntur, quod virtute, conſilio, pro-
uidentia mea respublica periculis ſit maximis
liberata: deinde L. Flaccus et C. Pomtinus,
praetores, quod eorum opera forti fidelique
uſus eſſem, merito ac iure laudantur: atque
etiam viro forti, collegae meo, laus imper-
titur, quod eos, qui huius coniurationis par-
ticipes fuiſſent, a ſuis et reipublicae conſiliis
remouiſſet. 7) Atque ita cenſuerunt, ut P.
Len-

3) Id eſt, eandem omnes omnino ſententiam ſecuti ſunt. *Conſequi* eſt ſequi, probare.

4) *Perſcribere* eſt in tabulas et acta referre. Perſcripta SCta ad aerarium deferebantur. *Muret.*

5) Non de nece coniuratorum, ſed ut in cuſtodiam traderentur. Nam de nece SCtum factum eſt Nonis Dec. quo die quarta eſt habita oratio. *Manut.*

6) Hoc eſt, non ipſiſſima afferam verba, ſed veram tamen eius ſententiam.

7) *A ſuis conſiliis* h. e. a priuatis et publicis. C. Antonius, Ciceronis collega in conſulatu, non alienus a coniuratione putabatur, tum propter Catilinae familiaritatem, (Salluſt. Cap. XXI.) tum propter aeris alieni magnitudinem. Unde Cicero prouinciam opulentiorem, quam ſortitus fuerat, egenti Antonio conceſſit, ut a coniurationis conſiliis eum abduceret. Receſſit etiam, Ciceronis beneficiis captus, a factione, et nihil ſibi cum coniuratis commune eſſe voluit. *Muret. Cellar.*

Lentulus, 8) cum se praetura abdicasset, i
in custodiam traderetur: itemque uti C.
thegus, L. Statilius, P. Gabinius, qui om
praesentes erant, 9) in custodiam trade
tur: 10) atque idem hoc decretum est i
Cassium, qui sibi procurationem incender
urbis depoposcerat: in M. Caeparium, cu
sollicitandos pastores Apuliam esse attr
tam, 11) erat indicatum: in P. Furium,
est ex his coloniis, quas Fesulas L. Sulla
duxit: 12) in Q. Manlium Chilonem,
una cum hoc Furio semper erat in hac A
brogum sollicitatione versatus: in P. Um
num, libertinum 13) hominem, a quo

8) Consul ante aliquot annos fuerat: postea cum
tu motus esset a Gellio et Lentulo, qui seuerissi
censuram egerunt, denuo praeturam petiit, ut
nem senatorium, quem censoria notatione ami
iure magistratus recuperaret. *Manut.*

9) Ceteri ergo infra nominati non aderant, Ca
Caeparius, Furius, Chilo, Umbrenus. *Idem.*

10) *In custodiam* non in carcerem, sed in custo
liberam h. e. quando nobilior reus domibus mag
tuum custodiebatur, vel fideiussoribus committeb
Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum aedilis
Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Caesari, G
nius M. Crasso, Caeparius Cn. Terentio senatori
diti sunt. Sallust. Cap. XLVII.

11) V. Sallustius Cap. XLVI.

12) V. Orat. II. Cap. 9. §. 20. Pro *ex coloniis*,
rectius alii, *ex colonis, quos* etc. Non enim p
coloniae a Sulla Fesulis constitutae sunt, nequ
unam urbem deduci potuerunt.

13) *Libertinus* est homo e seruis liber factus.

m Gallos ad Gabinium perductos esse con-
at. Atque ea lenitate senatus est usus, 15
rites, ut ex tanta coniuratione, 14) tan-
ie vi ac multitudine domesticorum ho-
m, nouem 15) hominum perditissimorum
na, republica conseruata, reliquorum
ites sanari posse arbitraretur. Atque etiam
plicatio 16) diis immortalibus pro singu-
eorum merito, meo nomine decreta est,
rites: quod mihi primum post hanc ur-
conditam togato contigit: 17) et his de-
a verbis est, QUOD URBEM INCEN-
, CAEDE CIVES, ITALIAM BELLO
ERASSEM. Quae supplicatio si cum ce-
teris 18)

Id est, ex tot coniuratis. V. Orat. I. cap. 13.
31.

De quinque tantum, auctore Sallustio Cap. 55. et
o Cicerone in oratione pro Sulla cap. 11. sumtum
pplicium est, Lentulo, Cethego, Statilio, Gabi-
, Caepario: reliqui quatuor deprehensi non sunt,
ssius, Furius, Chilo, Umbrenus. Quod autem no-
n hominum poena rempublicam esse conseruatam
, significat id, quod senatus de totidem puniendis
isuerat, quamquam in potestate non essent. *Manut.*
Supplicatio festidies ex SCto, quibus vel pro auer-
icandis prodigiis supplicarunt Liv. X. cap. 23.
pro victoria diis gratias egerunt. Liv. X. cap. 23.
citur etiam *gratulatio*, *Dankfest*, et Orat. IV.
. 10. §. 20. et pro Marcello cap. 4. Itaque uni
ceroni, post oppressam coniurationem Catilinariam,
ato i. e. non foras, sed domi de republica bene me-
, concessa est. Lib. XV. Epp. ad famil. ep. 4. 5.
rgo omnibus triumphis hoc gloriosius fuit.

18) Grae-

teris 18) conferatur, Quirites, hoc in
quod ceterae bene gesta, haec una, c
uata republica, constituta est. Atque
quod faciendum primum fuit, factum
transactum est. Nam P. Lentulus,
quam patefactus indiciis et confessionibu
iudicio senatus, non modo praetoris 19
verum etiam ciuis amiserat, tamen
stratu se abdicauit: ut, quae religio 2
Mario, clarissimo viro, non fuerat, q
nus C. Glauciam, de quo nihil nomi
erat decretum, praetorem occideret,
religione in priuato P. Lentulo punie
beraremur. 21)

18) Graeuius addidit *supplicationibus* ob consen
sed cum proxime praecedat *supplicatio*, alt
delendum esse videtur. Ernesti mauult *sup*
omitti, quam *supplicationibus*. Pro *intersi*
uius edidit *interest*; sed male. Illud enim
ganter et modeste dictum.

19) Tum iterum praetor erat. Vell. Paterc.
cap. 34. Pro *patefactus* paullo ante alii hab
tefactis, quod mollius est, si cum *indiciis* c
tur, et intelligantur indicia aliorum. Sed c
indiciis et confessionibus durum est.

20) *Religio* h. l. est dubitatio, scrupulus.

21) Argumentum a minore ad maius. Si Mari
timuit Glauciam, praetorem, qui cum Saturn
buno pl. faciebat, interficere, licet rempubl.
conseruare iussus esset, nos liberati sumus on
gione, seu metu, si Lentulum puniamus. C
tantum commissa erat resp. nihil nominatim d
cia decretum erat. At senatus non tantum mih

Nunc, quoniam, 1) Quirites, sceleratis- 7
simi 2) periculosissimique belli nefarios duces 16
captos iam et comprehensos tenetis, existi-
mare debetis, omnes Catilinae copias, om-
nes spes atque opes, 3) his depulsis urbis pe-
riculis, concidisse. Quem quidem ego cum
ex urbe pellebam, hoc prouidebam animo,
Quirites, remoto Catilina, 4) nec mihi esse
P. Lentuli somnum, 5) nec L. Cassii adipem,
nec Cethegi furiosam temeritatem pertimes-
cen-

commisit, sed etiam nominatim decreuit, ut Lentulus in custodiam traderetur: quo decreto videtur eum condemnasse. Glaucia praetor erat. Lentulus non modo praetoris ius, verum etiam ciuis amiserat. C. tamen Mario religio non fuit Glauciam interficere, Nos ut ea religione liberaremur, voluit senatus, Lentulum praetura se abdicare. *Muret.*

1) Confirmat nunc, exposita tota re, animos populi ostenditque, quanti publice interfuerit, Catilinam ex urbe pelli: numquam enim futurum fuisse, ut haec tam facile reprimerentur, si ille in urbe remansisset. *Idem.*

2) Quia ab hominibus sceleratissimis contra patriam gerebatur. *Periculosissimi*: quia domesticum ac intestinum erat. Quo magis enim hostis internus siue domesticus latet, eo maius est periculum.

3) *Opes* h. e. praesidia, auxilia, quae socios sibi laturos esse, Catilina sperauerat.

4) Id est, si remouissem et ex urbe expulissem Catilinam.

5) *Lentuli somnum*, somnolentiam, Lentulum, hominem ignauum et somnolentum. *Cassii adipem* h. e. Cassium corporis obesitate et pinguetudine tardum et stolidum.

6) Om-

tis periculis rempublicam, tanta pace, t otio, tanto silentio, 15) liberassemus.

8 Quamquam haec omnia, Quirites, i
18 me sunt administrata, 1) ut deorum imr talium nutu atque consilio et gesta et pro esse videantur. Idque cum coniectura sequi possumus, quod vix videtur hun consilii tantarum rerum gubernatio 2) potuisse: tum vero ita praesentes 3) his t poribus opem et auxilium nobis tulerunt ut eos paene oculis videre possemus. N ut illa omittam, visas nocturno tempore occidente faces ardoremque coeli, ut fu num iactus, ut terrae motus, ut cetera q

15) Id est, tam placide, tam sine tumultu.

1) Haec προπαρασκευή quaedam est ad explic ea, quae de prodigiis ac significationibus deorum mortalium dicturus est. Harum ego, inquit, r omnium tantum minister fui: dii immortales ipsi d atque auctores fuerunt. Id probat duobus argu tis: primum, quod tantarum rerum gubernatio humani consilii esse videatur: deinde, quod illi tis, iisque apertissimis signis voluntatem suam fecerint. *Muret.* *Quamquam*: indessen, doch.

2) *Tantarum rerum gubernatio* h. e. reipublicae tantis periculis administratio et conseruatio. *Vix* *detur*: vix credi potest.

3) *Ita praesentes* sc. numine suo. Orat. II. cap. *His temporibus*: his reipublicae imminentibus riculis.

4) Coniurationem signis non obscuris praedicer *Manut.*

5) Muretus itemque Graeuius e Mss. sic rescripsert *ut terrae motus relinquam, ut omittam, cetera.*

o

quae tam multa, nobis consulibus, 6) facta sunt, ut haec, quae nunc fiunt, canere 7) dii immortales viderentur: hoc certe, Quirites, quod sum dicturus, neque praetermittendum, neque relinquendum est. 8) Nam 19
profecto memoria tenetis, Cotta et Torquato consulibus, complures in Capitolio 9) turres de coelo esse percussas, cum et simulacra deorum immortalium depulsa sunt, et statuae veterum hominum deiectae, et legum aera 10) liquefacta. Tactus est ille etiam, qui

omittam suspectum videtur, cum bis in eadem periodo positum sit.

6) Cicerone consule multa prodigia facta sunt, quibus periculum reip. portenderetur. Ea omnia nemo melius, nemo copiosius persecutus est, quam Cicero ipse longe pulcherrimis versibus, quos recitat Quintus frater lib. I. de diuinatione. *Muret.*

7) *Canere* ductum a vatibus pro: praedicere, portendere.

8) *Praetermittere* et *relinquere* ita inter se differre videntur, ut *praetermitti* aliquid dicatur, quod attingere nolumus, *relinqui*, quod, cum cetera ad eandem rem pertinentia attigimus, commemorare vel negligimus, vel obliuiscimur. Fieri etiam potest, ut duo idem valentia coniunxerit.

9) *Capitolium* est templum in monte Tarpeio omnium magnificentissimum. Pro *turres* Gruterus rescribi vult *res*, quam lectionem defendit Ernesti, sed non est audiendus. De *coelo percussas* h. e. fulmine, de coelo iacto, tactas.

10) *Legum aera* h. e. tabulae aereae, in quibus leges insculptae fuerunt. Aereis tabulis incisae leges in Capitolio seruabantur.

11) Her-

parari, et ea per ciues, 3) quae tum pr
magnitudinem scelerum nonnullis incred
videbantur: ea non modo cogitata a ne
ciuibus, verum etiam suscepta esse sen
5 Illud vero nonne ita praesens est, ut 4)
Iouis Optimi Maximi factum esse vide
ut, cum hodierno die mane per forum
iussu et coniurati, et eorum indices 5) i
dem Concordiae 6) ducerentur, eo ipso
pore signum statueretur? quo collocato
que ad vos senatumque conuerso, omn
senatus, et vos, quae erant contra sal
omnium cogitata, illustrata et patefac
22 distis. Quo etiam maiore sunt isti odio
plicioque digni, qui non solum vestris d
ciliis atque tectis, sed etiam deorum te

3) *Per ciues:* hanc lectionem probant Muretus,
terus et Graeuius. Ernesti vero, cui oratio aliqui
habere videtur, pro hoc in textum recepit *a p*
ciuibus. An verum est, inquit, *comparari a*
tis ciuibus; vel potius totum illud *et ea* etc. es
sema, cum mox in sequentibus sit *a nefariis ci*
Aruspices rem, quid compararetur, dixere: re
cuit, ea non per hostes, sed per ciues improbos
parari. Si ante iam esset, *a perditis ciuibus,*
per ciues, quorsum post illud adderetur? Ips
varietas lectionis glossema arguit.
4) Hoc est, illud nonne tam clarum et manifestu
ut Iouis O. M. voluntate factum esse videatur
ut etc. *Pendet* hoc alterum *ut* a *factum esse*:
deberet esse *quod*, ut referretur ad *illud.*
5) *Eorum indices;* Allobroges nempe et Vulturcii
6) Ubi habiturus erat senatum.

atque delubris ſunt funeſtos ac nefarios ignes inferre conati: quibus ego ſi me reſtitiſſe dicam, nimium mihi ſumam, et non ſim ferendus. 7) Ille, ille Jupiter reſtitit: ille Capitolium, ille haec templa, ille hanc urbem, ille vos omnes ſaluos eſſe voluit. Diis ergo immortalibus ducibus hanc mentem, 8) Quirites, voluntatemque ſuſcepi, atque ad haec tanta indicia perueni. Iam vero illa Allobrogum ſollicitatio, tanta res, ſic a Lentulo ceteriſque domeſticis hoſtibus credita et ignotis et barbaris, commiſſaeque tam dementer litterae numquam eſſent profecto, 9) niſi a diis immortalibus huic tantae audaciae 10) conſilium eſſet ereptum. Quid vero? ut homines Galli ex ciuitate male pacata, quae gens una reſtat, quae populo Romano bellum facere et poſſe et non nolle videatur, ſpem imperii et rerum ampliſſimarum ultro ſibi a [illegible] patri-

7) Scilicet propter arrogantiam et impudentiam. Nam vix videtur humani conſilii tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe.

8) *Hanc mentem* nimirum improborum conſilia patefaciendi.

9) *Iam vero — profecto*, lectionem hanc ſuaſit Doering, eumque libenter ſecutus ſum, cum lectio vulgaris ſana eſſe non poſſit, nec Erneſti, quomodo locus hic ſanari poſſit, videat. Ceterorum criticorum conatus hic enumerare, non eſt opus.

10) *Huic audaciae* pro his audacibus. Abſtractum pro concreto. *Conſilium:* ſana mens et audacia. *Heum.*

qui hanc urbem condidit, Romulus: q
inauratum in Capitolio paruum atque lac
tem, uberibus lupinis inhiantem fuiſſe
miniſtis. Quo quidem tempore, cum
ſpices ex tota Etruria 11) conueniſſent,
des atque incendia, et legum interitum,
bellum ciuile ac domeſticum, et totius
bis atque imperii occaſum appropinquare d
runt, niſi dii immortales omni ratione
cati, ſuo numine prope fata ipſa 12) fle
20 ſent. Itaque illorum reſponſis tunc et ludi
decem per dies facti ſunt, neque res u
quae ad placandum deos pertineret, prae
miſſa eſt: iidemque iuſſerunt, ſimulacr
Iouis facere maius, et in excelſo colloc
et contra, atque antea fuerat, ad orient
conuertere: ac ſe ſperare dixerunt, ſi il
ſignum, quod videtis, ſolis ortum, et
rum curiamque conſpiceret, fore, ut ea c
ſilia, quae clam eſſent inita contra ſalut
urbis atque imperii, illuſtrarentur, ut a
natu populoque Romano perſpici poſſent.

11) Hetruſci enim diuinationibus erant dediti. Lib
de Diuinat.

12) Tria ſunt genera fatorum. Unum eſt immob
alterum quod poteſt differri, tertium eſt, quod
ctitur. *Flexiſſent* poſitum eſt pro *flexuri eſſ*
quam latinitatem Heumannus multis confirm
exemplis.

13) *Ludi* nempe ſcenici. *Facti ſunt* ſc. in honor
deorum.

14)

que illud 14) ita collocandum consules illi locauerunt; sed tanta fuit operis tarditas, ut neque a superioribus consulibus, 15) neque a nobis ante hodiernum diem collocaretur.

9 Hic quis potest esse, 1) Quirites, tam auersus a vero, tam praeceps, tam mente captus, qui neget, haec omnia, quae videmus, praecipueque hanc urbem, deorum immortalium nutu atque potestate administrari?

21 Etenim cum esset ita responsum, 2) caedes, incendia, interitumque reipublicae comparari,

14) *Atque illud* sc. simulacrum Iouis. *Ita* Orientem versus, uti iusserant haruspices. *Consules illi* Cotta et Torquatus. *Locauerunt* h. e. redemtoribus addixerunt. *Locare* eine Arbeit verdingen, *conducere* eine verdungene Arbeit übernehmen. Opera publica per aediles imprimis *locari* solebant *conductoribus*, non per consules; sed tum extra ordinem factum est.

15) L. Caesare et C. Figulo, qui ante Ciceronem fuere. *Neque a nobis*, ergo neque hoc, neque superiore anno. A conductoribus proprie signum erat collocandum. Sed magistratus ipsemet facere videtur, quod per suos expedit.

1) A rebus effectis concludit, totam hanc uniuersitatem deorum prouidentia gubernari, eosque romani imperii praecipue curam agere. *Muret*. *Hic* id est, *quae cum ita sint*. *Auersus a vero* is dicitur, qui nullum habet amorem veri, quique argumenta illa, quibus veritas in lucem producitur, non audit. *Heum*. *Praeceps*: h. e. inconsideratus, coecus. *Haec omnia, quae videmus*, h. e. totum mundum, omnem uniuersitatem.

2) *Responsum* sc. ab haruspicibus. *Et ea* pro *et quidem*,

parari, et ea per ciues, 3) quae tum prop magnitudinem scelerum nonnullis incredib videbantur: ea non modo cogitata a nefa ciuibus, verum etiam suscepta esse sensi Illud vero nonne ita praesens est, ut 4) n Iouis Optimi Maximi factum esse videa ut, cum hodierno die mane per forum r iussu et coniurati, et eorum indices 5) in dem Concordiae 6) ducerentur, eo ipso t pore signum statueretur? quo collocato, que ad vos senatumque conuerso, omnis senatus, et vos, quae erant contra salut omnium cogitata, illustrata et patefacta

22 distis. Quo etiam maiore sunt isti odio s plicioque digni, qui non solum vestris do ciliis atque tectis, sed etiam deorum tem

at

3) *Per ciues:* hanc lectionem probant Muretus, (terus et Graeuius. Ernesti vero, cui oratio aliquid habere videtur, pro hoc in textum recepit *a pert ciuibus.* An verum est, inquit, *comparari a pe tis ciuibus;* vel potius totum illud *et ea* etc. est g sema, cum mox in sequentibus sit *a nefariis ciui* Aruspices rem, quid compararetur, dixere: res cuit, ea non per hostes, sed per ciues improbos c parari. Si ante iam esset, *a perditis ciuibus,* *per ciues,* quorsum post illud adderetur? Ipsa varietas lectionis glossema arguit.

4) Hoc est, illud nonne tam clarum et manifestum ut Iouis O. M. voluntate factum esse videatur I ut etc. Pendet hoc alterum *ut* a *factum esse*; a deberet esse *quod,* ut referretur ad *illud.*

5) *Eorum indices;* Allobroges nempe et Vulturcius.

6) Vbi habiturus erat senatum.

7)

atque delubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati: quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi sumam, et non sim ferendus. 7) Ille, ille Jupiter restitit: ille Capitolium, ille haec templa, ille hanc urbem, ille vos omnes saluos esse voluit. Diis ergo immortalibus ducibus hanc mentem, 8) Quirites, voluntatemque suscepi, atque ad haec tanta indicia perueni. Iam vero illa Allobrogum sollicitatio, tanta res, sic a Lentulo ceterisque domesticis hostibus credita, et ignotis et barbaris, commissaeque tam dementer litterae numquam essent profecto, 9) nisi a diis immortalibus huic tantae audaciae 10) consilium esset ereptum. Quid vero? ut homines Galli ex ciuitate male pacata, quae gens una restat, quae populo Romano bellum facere et posse et non nolle videatur, spem imperii et rerum amplissimarum ultro sibi a patri-

7) Scilicet propter arrogantiam et impudentiam. Nam vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse.

8) *Hanc mentem* nimirum improborum consilia patefaciendi.

9) *Iam vero — profecto*, lectionem hanc suasit Doering, eumque libenter secutus sum, cum lectio vulgaris sana esse non possit, nec Ernesti, quomodo locus hic sanari possit, videat. Ceterorum criticorum conatus hic enumerare, non est opus.

10) *Huic audaciae* pro his audacibus. Abstractum pro concreto. *Consilium:* sana mens et audacia. *Heum.*

11) A. P. Cornelio Lentulo, praetore, Catilina e
qui patricii generis erant. Non enim dubit
quin Catilina, quamquam, cum sollicitati sunt,
set, urbe iam egressus, cum Lentulo, Gabini
aliis, qui in urbe erant, consentiret. *Manut.*
tricius, qui e familia aliqua eorum senatorum
est, quos Romulus et Tarquinius Priscus leg
et qui ab illis quidem orti sunt, *maiorum gen*
qui ab his, *minorum gentium* dicuntur.

12) *Id non* pro *id nonne.* Quae Graeuiana int
tatio minus placet Heumanno, sed potius ita
struenda esse haec verba ipsi videntur: *Id p*
(pro *an id putatis*) *non diuinitus*, i. e. non de
immortalium nutu ac gubernatione, sed solo hu
consilio, *factum esse?*

13) *Superarent* pro *essent superaturi*. Vulgati
rare potuerunt. quae lectio non consentit lati
quae requirit *possent*. *Tacendo*: durch heiml
Einverständniss mit den Verschwornen.

1) *Puluinar* lectus deo in templo positus, et i
templum. Ergo ad omnia pulvinaria est ad .

celebratote illos dies 3) cum coniugibus ac
liberis vestris. 4) Nam multi saepe honores
diis immortalibus iusti habiti sunt ac debiti,
sed profecto iustiores numquam. Erepti enim
ex crudelissimo ac miserrimo interitu, et ere-
pti sine caede, sine sanguine, sine exercitu,
sine dimicatione, togati 5) me uno togato
duce et imperatore, vicistis. Etenim recor- 24
damini, 6) Quirites, omnes ciuiles dissensio-
nes, neque solum eas, quas audistis, 7) sed
et has, quas vosmetipsi meministis et vidi-
stis. 8) L. Sulla P. Sulpicium 9) oppressit:

3) Multorum dierum fuisse hanc supplicationem significat: quot autem fuerint, non constat. *Idem.*

4) Ibant per urbem coronati pueri, matronae, virgines, nonnumquam etiam lauream manu tenentes, canebantque hymnos compositos in laudem deorum. *Idem.*

5) *Togati* h. e. haud armati, haud sago induti. *Togatus dux* h. e. qui in toga reipublicae praeest, opponitur imperatori paludato siue bellico. Cap. 6. §. 15.

6) Contendit hanc coniurationem cum iis, quae antecesserant, dissensionibus ciuilibus, eamque multo atrociorem ac periculosiorem fuisse demonstrat. Simulque confirmat, quod modo dixerat, numquam iustiores honores diis immortalibus habitos: numquam enim rempublicam e maiori periculo ereptam fuisse. *Muret.*

7) Respicere videtur antiquissimam illam dissensionem: cum plebs in montem sacrum, vel, secundum Pisonem, in montem Auentinum secederet, Liv. II. c. 32.

8) Ut quas ipse mox commemoraturus est.

9) Sulpicius, tribunus pl. id agebat, ut bellum Mithridaticum Mario decerneretur, licet senatus id Sullae man-

10 clarissimis viris interfectis, lumina ci
tis 13) exstincta sunt. Ultus est huius vi
riae crudelitatem postea Sulla: nec dici
dem opus est, quanta diminutione ciuium
et quanta calamitate reipublicae. Dis

mandauerat. Itaque a Sulla, qui subito Romam
exercitu rediit, oppressus est. Flor. lib. III. ca
Vell. Paterc. lib. II. cap. 18. 19.

10) Hoc dicit propter bellum Cimbricum, ex quo
victor rediret, primores ciuitatis, qui ipsi tam
nouo homini inuiderant, *conseruatam ab eo*
fatebantur. Orat. IV. cap. 10. §. 21. V
Paterc. lib. II, cap. 12. *Multosque fortes*
quippe qui Sulpicio et Mario fauebant.

11) Octauius Sullae partes secutus L. Cinnam expu
hostem patriae indicauit. Flor. Lib. III. cap
Omnis hic locus: forum.

12) Marius enim rediens ex Africa cum Cinna f

M. Lepidus 15) a clariſſimo et fortiſſimo viro Q. Catulo: 16) attulit non tam ipſius interitus 17) reipublicae luctum, quam ceterorum. Atque illae diſſenſiones, 18) Quirites, quae non ad delendam, ſed ad commutandam 19) rem-

15) Lepidus, conſul, Sullae factionis aduerſarius, noluit Sullae cadauer in campo Martio ſepeliri, qui honos regibus tantum ante Sullam tributus fuerat, et acta eius reſcindere conatus eſt, cui vero de reſcindendis actis legem promulganti Catulus collega obſtitit; eſt enim Italia pulſus.

16) Catulus ille, qui Ciceronem patrem patriae nominauit, quique tum erat princeps ſenatus, atque adeo ciuitatis. *Muret.*

17) *Ipſius*, M. Lepidi. Pugnauit cum Catulo in campo Martio, ſed victus eſt magna ſuorum caede. Cum in Sardiniam nauigaſſet, morbo periit. *Ceterorum*: qui cum eo caeſi ſunt. *Manut.*

18) Locum hunc ſecundum Erneſti coniecturam et interpretationem conſtitui. Graeuius, qui Muretum ſecutus eſt et Gruterum; edidit: *Atque illae tamen omnes diſſenſiones.* Sed illud *tamen omnes* ſine dubio a librariis e ſequentibus hic additum eſt, quod non Erneſti ſolum, ſed et ante eum Heumannus iam vidit. In verbis: *non illi-voluerunt* eſt parentheſis, hinc uncis ea incluſi. In vulgatis eſt poſt *diſſenſiones* etiam *erant huiusmodi*, quae verba hoc loco, ut ſuſpicatur Erneſti, ſunt a gloſſatore, qui formam totius orationis non ſatis intelligebat, nec parentheſin animaduertebat. Ea autem plane intelligitur non modo e mutato ſubiecto, ſed etiam e repetitione primae ſententiae, *quarum nulla exitium reipublicae quaeſiuit.*

19) Quod alii penes ſenatum, alii penes populum eſſe rerum ſummam volebant. *Muret.*

turationem, ut orationem omnium ... tem suadentium, societate consilii ... ctam faceret; consulis vero virtut... amplificauit, ut senatus maxima p... eius sententiam discederet. Sallust. cap. 54. Facto itaque senatusconsu... Silani et Catonis sententiam, de Le... Cethego, Statilio, Gabinio, Ca... supplicium in carcere sumtum est. ... ita Cicero suis consiliis, suis laboribu... capitis periculis, sine tumultu, sine de... sine armis, sine exercitu, quinque ... nibus comprehensis atque confossis, ... sione urbem, internecione ciues, va... Italiam, interitu remp. liberauit. U... sus senatus et populus Ciceronem d... pergentem est prosecutus eumque con... torem non modo et Liberatorem ... Co...

Habita est oratio haec in templo Iouis statoris, tribusque absoluitur partibus:

I. Exordio, *quod totum ad captandam senatorum beneuolentiam compositum est. Namque*

1) gratam mentem significat *pro senatus erga ipsum voluntate. §. 1.*

2) hortatur senatum, ut magis ad reipublicae, quam ad consulis salutem incumbat: *consulem enim nullum pro imperii incolumitate periculum esse recusaturum. §. 2.*

3) commendat tamen fratrem, uxorem, filium et generum, *quorum salutem ita tamen optat, ut una cum his respublica salua sit. §. 3.*

4) repetit hortationem, *cum grauissimum periculum reipublicae impendeat, nisi senatus omnes circumspiciat procellas. §. 4. 5.*

II. Tractatione, *ubi hoc agit, ut persuadeat senatui, Catilinae socios, iam captiuos, capitis supplicio esse afficiendos. In qua exponenda propositione*

1) denuo periculi magnitudinem ostendit, *et de coniuratorum poena celerrime statuendum esse docet. §. 6.*

2) examinat duas in senatu sententias, *quarum altera erat Silani, altera Caesaris. §. 7-17.*

a) Ad

a) Ad Caesaris sententiam *quod attinet, quae mortis poenam remouet, ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur,*

1) copiosius exponit, *quaenam sit mens et Silani et Caesaris sententiae.* §. 7. 8.

2) laudat hanc, *et docet, eam esse vere popularem, legi Semproniae conformem, et quasi obsidem perpetuae in rempublicam voluntatis.* §. 9. 10.

3) senatus quidem arbitrio permittit, *siue Caesaris, siue Silani sententiam sequi, ita tamen, ut hanc Silani praeferat, eamque nec crudelem nec acerbam esse contendat. Statim ab initio Cap. 6.*

b) Silani sententiam, *coniuratos morte esse multandos,* recitat; *quam*

1) fortiter defendit, *eamque* lenissimam *esse et* iustissimam *probat. Argumenta sunt,*

a) reipublicae periculum, *scelerisque immanitas, quam ad inflammandum in coniuratos odium rursus ob oculos ponit.* §. 11.

b) exemplum a patrefamilias ductum, *qui absque inhumanitatis suspicione summum de seruo crudelissimo sumit supplicium.* §. 12.

c) exem-

c) exemplum L. Caesaris et P. Lentuli *in causa non tam graui*. §. 13.

2) respondet iis, qui de sententia Silani exsequenda dubitabant, *et affirmat, satis sibi esse praesidii ad ea, quae senatus statuerit, transigenda:*

a) *quod* magna *sit* consulis cura *atque* diligentia. §. 14.

b) *quod* adsint omnium ordinum homines, *si hostes excipiantur: ubi laudat studia,*

1) equitum et tribunorum aerariorum. §. 15.

2) omnium ingenuorum, libertinorum, seruorum et opificum. §. 16. 17.

Peroratione, *quae est trimembris.*

1) Hortatur senatum, *ut ex Silani sententia de summa reipublicae fortiter decernat; iis argumentis, quae a suo et omnium ordinum auxilio, a communi periculo et ab officio magistratus petita sunt.* §. 18. 19.

2) Amplius excitat senatum, *suasque et fortitudinis et gloriae laudes decantat; quae Scipionum, Pauli, Marii, et Pompeii laudibus non cedant.* §. 20. 21. 22.

3) Pro

5) Pro omnibus susceptis laboribus nil
consulatus memoriam postulat,
spem suam vis improborum fefelle
commendat paruum suum filium

I. Video, 1) patres conscripti, in me omniu
vestrum ora atque oculos esse conuersos: v
deo, vos non solum de vestro ac reipublica
verum etiam, si id depulsum sit, 2) de me
periculo esse sollicitos. 3) Est mihi iucund
in malis, et grata in dolore, vestra erga m
voluntas: sed eam, per deos immortale
quaes

1) Bis antea senatum habuerat, in templo Iouis Stat
cum in Catilinam praesentem est inuectus: iterum i
aede Concordiae, cum introduxit principes coniu
tionis Allobrogum indicio comprehensos: iter
nunc, senatu in eiusdem Iouis templum conuoca
hanc orationem de puniendis coniuratis habet. Ha
autem, dictis a Silano et Caesare sententiis, cu
nondum Cato rogatus esset, habendam putauit,
senatum ad seueritatem hortaretur, veritus, ne se
tentiam Caesaris sequeretur. *Manut.*

2) *Depulsum sit* sc. a vobis et republica, sumto ni
rum de sociis Catilinae, in custodiam traditis, su
plicio.

3) Ob inuidiam ex supplicio coniuratorum sibi conc
tandam, si Silani sententiam probasset. *Voluntas* i
e. cura, amor; theilnehmende und wohlwollend
Gesinnung.

4) Pro

quaeso, deponite, atque obliti salutis meae, de vobis ac de liberis vestris cogitate. Mihi quidem si haec conditio consulatus data est, 4) ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem: feram non solum fortiter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas salusque pariatur. Ego sum ille consul, patres conscripti, cui non forum, 5) in quo omnis aequitas continetur; 6) non campus, consularibus auspiciis consecratus; 7) non curia, 8) summum auxilium omnium gentium; non domus, commune perfugium; 9) non lectus,

4) Pro: *si mihi ea conditione datus a diis est consulatus.* *Data:* fataliter concessa. Acquiescit decreto deorum, ut qui consulatum talem dederint, in quo multa perferret.

5) V. Orat. II. Cap. 3. §. 5.

6) Significat orator, forum esse sedem omnis iustitiae; ibi enim iudicia exercebantur. *Aequitas* ponitur hoc loco tamquam synonymum *iustitiae*, uti lib. II. de offic. Cap. 22. bis. *Heuman.*

7) Campus Martius, in quo centuriatis comitiis consules ceterique maiores magistratus creabantur. Non poterant autem haec comitia, nisi auspicato, haberi. *Cellar.* *Auspiciis* est datiuus.

8) Ubi habebatur senatus. *Muret.*

9) Quare si quis reus domi suae latitaret, extrahere eum inde non licebat, quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum erat, et qui inuito habitatore domum alienam ingreditur, vim inferre videbatur. Cicero pro Domo c. 41. *Quid est sanctius, quid omni religione munitius, quam domus uniuscuius-*

 cuius-

lectus, 10) ad quietem datus; non deniq haec sedes honoris, 11) umquam vacua mo tis 12) periculo atque insidiis fuit. Ego mu ta tacui, 13) multa pertuli, multa conces multa meo quodam dolore, in 14) vestr timore, sanaui. Nunc, si hunc exitum con sulatus mei dii immortales esse voluerunt, vos, patres conscripti, populumque Roma num ex caede misera, coniuges liberosqu vestro

cuiusque ciuium? hic arae sunt, hic foci, hic *Penates, hic sacra, religiones, cerimoniae co* *nentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus,* *inde abripi neminem fas sit.*

10) V. Orat. I. Cap. 4. §. 9.

11) *Haec sedes honoris:* locus est ille princeps, qu in senatu consul is, penes quem fasces erant, oc pabat. Quae in plurimis editionibus sequuntur ver *sella curulis,* spuria iudicantur a viris doctissi Aperte verborum: *haec sedes honoris* interpretem p dunt. Recte ergo deleta sunt ab Ernestio.

12) Ergo hi coniurati morte digni sunt.

13) Videtur multos potentes intelligere, qui in su cionem coniurationis vocabantur, Crassum, Ca rem, alios. V. Sallust. Cap. 48. 49. *Muret.*

14) Heumannus cum Lipsio legit *sine vestro tim* allegatque Orat. II. Cap. 12. §. 26. *mihi, ut* *sine vestro motu -- prouisum est,* ut sensus nostri hic sit: multa in consulatu meo sanaui non sine dolore, cum vos, qui periculum et insidias a me pulsas ignorabatis, ne timore quidem afficerem Defendit hoc et Heinzius. Nihil tamen mutand putat Gruterus. Timor enim ex coniuratione ad nes, dolor ad Ciceronem maxime pertinebat, impugnabatur maxime.

veſtros, virgineſque Veſtales ex acerbiſſima vexatione; templa atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium noſtrûm ex foediſſima flamma; totam Italiam ex bello et vaſtitate eriperem: quaecunque mihi uni proponetur fortuna, ſubeatur. Etenim ſi P. Lentulus ſuum nomen, inductus a vatibus, fatale ad perniciem reipublicae fore putauit: 15) cur ego non laeter, meum conſulatum ad ſalutem reipublicae prope fatalem exſtitiſſe? Quare, patres conſcripti, conſulite 2
vobis, proſpicite patriae, conſeruate vos, 3
coniuges, liberos, fortunaſque veſtras, populi Romani nomen ſalutemque defendite: mihi parcere, ac de me cogitare deſinite. Nam primum debeo ſperare, omnes deos, qui huic urbi praeſident, 1) pro eo mihi, ac mereor, relaturos gratiam eſſe: 2) deinde,

15) V. Orat. III. Cap. 4. §. 9. *Fatale* h. e. a fato conſtitutum.

1) Unaquaeque urbs ſuos quosdam habere putabatur deos, quorum in tutela eſſet. Ideoque Romani cum obſiderent aliquam urbem, iamque inibi eſſent ut eam caperent, prius deos illos certo quodam carmine euocabant: quod aut aliter urbem capi poſſe non crederent, aut, etiam ſi poſſent, nefas exiſtimarent, deos habere captiuos. *Muret.*

2) Populariter magis, quam vere dictum. Primum enim refertur gratia ei, qui aliquid fecit: at vero urbem ab eo, quod imminebat, periculo, non Cicero, ſed Iupiter ipſe ſeruauerat, V. Orat. III. Cap. 9. §. 22. deinde refert gratiam, qui beneficium accepit. Non poteſt autem deus beneficium ab ho-

si quid obtigerit, 3) aequo animo paratoque moriar. Neque enim turpis mors forti 4) viro potest accidere, neque immatura consulari, 5) nec misera sapienti. 6) Nec tamen ego sum ille 7) ferreus, qui fratris 8) carissimi atque amantissimi praesentis moerore non mouear, horumque omnium 9) lacrymis, a qui-

mine accipere; quare ne gratiam quidem referre docendus est.' *Idem.*

3) Id est, si moriar, si vis aliqua me oppresserit. Κατ' εὐφημισμὸν.. Alias in hac quidem sententia semper solet esse, *si quid acciderit*, non *si quid obtigerit* aut *contigerit*. Pro Milone Cap. 22. 36. Sed nullum est alius lectionis vestigium.

4) In defendenda praesertim patria. Nam ea demum turpis est mors, quam qui oppetit, debilitatur, ac frangitur animo, quod usu venire viro forti non potest. Fortitudo enim in mortis despicientia vel maxime cernitur.

5) Immatura mors, quae cursum ad gloriam interrumpit. At talis consulari viro, summos honores dudum adepto, accidere non poterat. *Cellar.*

6) Stoicorum sententia. Hi enim sapientem in tormentis quoque beatum aiebant. Animaduerte autem hic arrogantiam oratoris. *Muret.*

7) Inzwischen bin ich nicht der harte und unempfindliche Mensch. *Ille* pro talis, euiusmodi. Rarior usus. V. *Horat. Turs.*

8) Quintus tamen Cicero, si Plutarcho habenda est fides, fratrem ad sumendum de coniuratis supplicium non parum impellebat. Hic cum aliis Ciceronis propinquis aderat, qui exspectabant huius rei euentum. *Muret.*

9) Senatorum, amicorum Ciceronis. Ernesti vero intelligit equites et alios, qui Ciceronis sellam circumstabant.

a quibus me circumſeſſum videtis: neque meam mentem non domum ſaepe reuocat exanimata uxor, 10) abiecta metu filia, et parvulus filius, quem mihi videtur amplecti respublica tamquam obſidem conſulatus mei: 11) neque ille, qui exſpectans huius exitum diei, adſtat in conſpectu meo 12) gener. Moueor his rebus omnibus, ſed in eam partem, ut ſalui ſint vobiscum omnes, etiamſi vis aliqua me oppreſſerit, potius, quam et illi, et nos una reipublicae peſte pereamus. Quare patres conſcripti; incumbite ad 4
reipu-

ſtabant, immo totum ſenatum, ſecuritatis cauſa, cum de poena coniuratorum agebatur. *Circumſeſſus* circumdatus.

10) Terentia. *Filia:* Tullia. *Abiecta metu* h. e. perculſa, perterrita. *Filius;* Marcus Cicero, ad quem ſcripſit libros de officiis.

11) *Tamquam obſ. conſ. mei* h. e. tamquam pignus, me, niſi mea, certe filii mei cauſa, pro ſeruanda publica ſalute in conſulatu meo facturum eſſe omnia. *Obſes*, pignus, quodcumque ſignum certum voluntatis. Qui ſcilicet liberis carent, eos veriſimile eſt de ſalute publica minus ſollicitos eſſe, quam quibus ſunt liberi: nam hi non minus liberorum cauſa, quam ſua, ſaluam rempublicam velle debent; niſi omnem exuerint humanitatis ſenſum. Parvulus igitur Ciceronis filius, qui patri maxime cordi erat, quaſi obſes erat reipublicae, qui confirmaret, patrem nihil geſturum, niſi quod videretur ſaluti fore. *Muret.*

12) Extra curiae valuas. Nam cum quaeſtor fuerit Piſone et Gabinio Coſſ. non videtur Cicerone conſule ſenator eſſe potuiſſe. *Manut. Gener:* Caius Calpurnius Piſo; hic enim tum Tulliam in matrimonio habebat.

reipublicae salutem; 13) circumspicite omi procellas, quae impendent, nisi prouide: Non Ti. Gracchus, qui iterum tribunus p bis fieri voluit; non C. Gracchus, 14) agrarios 15) concitare conatus est: non Saturninus, qui C. Memmium occidit, discrimen aliquod, atque in vestrae seuer tis iudicium adducitur; tenentur 16) ii, ad urbis incendium, ad vestram omnium c dem, ad Catilinam accipiendum, Romae stiterunt; tenentur litterae, signa, man denique uniuscuiusque confessio; sollici tur Allobroges; 17) seruitia excitantur; Catilina arcessitur; 19) id est initum co

bebat, quae postea Crassipedi, deinde Dolab nupsit. *Muret.*

13) Cicero non tantum dicit *incumbere ad salu* sed et alibi cum *in* vel *ad*, cum de studiis, lit artibus sit mentio, hoc verbum iungit. *Incum baculo, lecto* recte dicas.

14) De Tib. et C. Gracchis et Saturnino, qui Memn consulatus candidatum occidit, vid. Orat. I. Ca et 2.

15) Id est, suffragatores, fautores legis agrariae, operam dabant, ut valerent leges agrariae, q agros consequi cupiebant. V. *Ernesti Clav.*

16) Sc. crimine, vel custodia. *Crimine teneri* a dicuntur, qui conuicti sunt alicuius criminis, a illud negare non possunt. V. *Ernesti Clav.*

17) V. Orat. III. Cap. 2. §. 4.

18) V. Orat. III. Cap. 5. §. 12. *Seruitia*, i. e. *Excitantur:* euocantur.

19) V. Orat. III. Cap. 4. §. 8.

lium, ut, interfectis omnibus, nemo ne ad
deplorandum quidem reipublicae nomen, at-
que ad lamentandam tanti imperii calamita-
tem relinquatur. Haec omnia indices 1) de- 3
tulerunt, rei confessi sunt; vos multis iam 5
iudiciis 2) iudicastis: primum, quod mihi
gratias egistis singularibus verbis, et mea vir-
tute atque diligentia perditorum hominum
patefactam esse coniurationem decreuistis;
deinde quod P. Lentulum, ut se abdicaret
praetura, coëgistis: tum quod eum, et ce-
teros, de quibus iudicastis, in custodiam
dandos censuistis, maximeque, quod meo
nomine supplicationem decreuistis: qui honos
togato habitus ante me est nemini: postremo
hesterno die praemia legatis Allobrogum,
Titoque Vulturcio dedistis amplissima. Quae
sunt omnia eiusmodi, ut ii, qui in custodiam
nominatim dati sunt, 3) sine ulla dubitatio-
ne a vobis damnati esse videantur.

Sed ego institui referre ad vos, patres 6
conscripti, tamquam integrum, et de facto, 4)
quid iudicetis, et de poena, quid censeatis.
Illa

1) Allobroges et Vulturcius.

2) Id est, multis rebus, quas statim enumerat, e quibus intellectum est, quid iudicaretis. Ihr habt schon durch mehrere Entschlüsse darüber entschieden. *Decreuistis*: solemni modo declarastis.

3) Conf. Orat. III. Cap. 6. §. 14. n. 10.

4) De eo, quod ab iis commissum esse constat, qui in custodiam dati sunt. *Manut.*

5) Qua-

Illa praedicam, quae sunt consulis. Ego magnum in republica versari furorem, et noua quaedam misceri et concitari mala iampridem videbam: sed hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem a ciuibus, numquam putaui. Nunc, quidquid est, quocumque vestrae se mentes inclinant atque sententiae, 5) statuendum vobis ante noctem 6) est. Quantum facinus ad vos delatum sit, videtis: huic si paucos putatis affines esse, vehementer erratis. Latius opinione disseminatum est hoc malum; manauit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes, et obscure serpens, multas iam prouincias occupauit. Id opprimi sustentando ac prolatando

5) Quacunque eos poena vultis afficere. Non tetigit verum sensum huius loci Heumannus. Etenim *quidquid est* non separatim accipi debet, quasi sermo sit de facto reorum; sed referri ad sequentia, ita ut *quocumque* non sit positum pro *et quocumque*, sed pro *quo*. In uno MS. legitur *inclinent* pro *inclinant*; et ita debet esse. Ratio grammatica requirit coniunctiuum. Nec male Graeuius rescripsit *vestrae se mentes*, pro *vestrae mentes*.

6) Tum, quia periculum erat, ne noctu aliquis tumultus excitaretur, ut per vim eriperentur ii, qui in custodiam dati erant: tum quia senatum ante noctem dimitti oportebat. Nam post horam decimam noua relatio in senatu non poterat fieri, nec post solem occasum SCtum fieri poterat. Nam S. C. ante exortum, aut post occasum solem factum, ratum non fuit. *Muret. Cellar.*

7) Hoc

tando 7) nullo pacto poteſt: quacunque ratione placet, celeriter vobis vindicandum eſt. Video duas 1) adhuc eſſe ſententias: 4
unam D. Silani, 2) qui cenſet, eos, qui haec delere conati ſunt, 3) morte eſſe multandos: alteram C. Caeſaris, qui mortis poenam

nam

7) Hoc eſt, morando, et differendo.

1) Nondum enim Cato ſententiam dixerat. *Manut.*

2) D. Iunius Silanus primus ſententiam rogatus eſt, quia conſul erat deſignatus. Qui enim priore loco deſignatus erat conſul, is in ſenatu primus omnium ſententiam rogabatur. Decreuerat autem in eos, qui in cuſtodiam traditi erant, ultimum ſupplicium: ei deinceps aſſenſi ſunt omnes, donec ad Ti. Neronem ſententiae dictio peruenit. Hunc cenſuiſſe Appianus ait, comprehenſos in cuſtodiis habendos eſſe, donec Catilina bello profligatus foret: ut tum tota res accuratius cognoſceretur. C. Iul. Caeſar autem; tum praetor, ubi ad eum ventum eſt, morte eos afficiendos negauit, ſed publicanda bona, ipſos per municipia diſpertiendos, et perpetuo in vinculis habendos cenſuit. Addidit alia, quae hic a Cicerone ponuntur: tantumque valuit dicendo, ut nonnulli ex iis, qui priore loco ſententiam dixerant, eam, ipſius oratione permoti, mutauerint: inter quos ipſe Silanus, ſi Salluſtio credas, pedibus ſe in ſententiam Neronis iturum eſſe dixit: ſin Plutarchum et Suetonium ſequare, profeſſus eſt, ſe ultimi ſupplicii nomine, non mortem, ſed vincula intelligere. Caeſari aſſenſi ſunt omnes usque ad Catonem, qui grauiſſima oratione ita diſſeruit, eos morte eſſe multandos, ut in eandem ſententiam reliquos omnes adduxerit. *Muret.*

3) Rectius *ſint.* Coniunctiuo enim opus eſt, propter accuſ. cum infinitiuo. Par ratio eſt in ſeqq. *vita priuare conati ſunt* pro *ſint. Amplectitur* h. e. ſuadet.

4) Id

nam remouet, ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur. Uterque et pro sua dignitate et pro rerum magnitudine in summa seueritate versatur. Alter eos, qui nos omnes, qui populum Romanum vita priuare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen exstinguere, punctum temporis frui vita, et hoc communi spiritu, 4) non putat oportere; atque hoc genus poenae saepe in improbos ciues in hac republica esse usurpatum recordatur. Alter 5) intelligit, mortem a diis immortalibus non esse supplicii causa constitutam, 6) sed aut necessitatem naturae, 7) aut laborum ac miseriarum quietem esse. Itaque eam sapientes numquam inuiti, 8) fortes etiam saepe libenter oppetiuerunt. 9) Vincula vero, et ea sempiterna, certe ad singularem poenam nefarii sceleris inuenta sunt. Municipiis disper-

4) Id est, aëre, qui communis est. *Heum.*

5) C. Caesar, tum praetor, mitior in sententia ferenda, quia non remotus erat ab omni suspicione coniurationis. *Cellar.* *Intelligit* est iudicat, arbitratur.

6) Ita illis temporibus credebatur. Pro Mil. Cap. 37. § 101. *mortem putat naturae finem* esse, *non poenam.*

7) Qua quidquid compositum est, id aliquando dissoluatur necesse est. *Muretus.*

8) Cum enim causas rerum intelligant, non inuiti naturae parent. *Idem.*

9) Ut Codrus, rex Atheniensium, ut Curtius, ut Decii. *Idem.*

10) *Disper-*

spertiri iubet. 10) Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis: 11) difficultatem, si rogare. 12) Decernatur tamen, 13) si placet. Ego enim suscipiam, 14) et, ut spero, reperiam, qui id, quod salutis omnium causa statueritis, 15) non putent esse suae dignitatis recusare. Adiungit grauem poenam municipibus, 16) si quis eorum vincula ruperit: horribiles custodias circumdat, et digna scelere hominum perditorum sancit, ne quis eorum poenam, quos condemnat, aut per senatum, aut per popu-

10) *Dispertiri iubet* sc. in vincula datos, siue eos, qui haec delere conati sunt. *Municipiis* h. e. in municipia. Referenda sunt haec verba ad *alter*, quod praecedit. *Et ea* dictum est pro *et quidem*.

11) Municipiis, ut eos custodiant. *Manut.* Municipia enim suis legibus utebantur, et suis magistratibus. Habebat etiam ista res iniquitatem propter poenam, quae proponebatur: ut, si quis eorum vincula rupisset, totum municipium in hostium loco haberetur. *Muret.*

12) Nam si, ut eos custodiant, rogemus, non facile impetrabimus. *Idem.*

13) Scilicet, quod Caesar sentit. Cauet, ne Caesarem offendat, et suadendi nimium studium cohibet, propositumque suum tegit.

14) In me recipiam. *Manut.*

15) Id est, decreueritis. Sic etiam antea Cap. 3. §. 6. et infra Cap. 11. §. 24. *Heum. Non putet:* Ernesti correxit *putent*. Bene. Nam non de uno municipe, sed de pluribus sermo est.

16) *Municipes:* ciues municipii. *Si quis* sc. horum ciuium.

populum leuare 17) poſſit: eripit etiam ſpem, quae ſola homines in miſeriis conſolari ſolet; bona praeterea publicari iubet: vitam ſolam relinquit nefariis hominibus: quam ſi eripuiſſet, multas uno dolore, animi atque corporis, et omnes ſcelerum poenas ademiſſet. 18) Itaque ut aliqua in vita formido improbis eſſet poſita, apud inferos 19) eiusmodi quaedam illi antiqui ſupplicia impiis conſtituta eſſe voluerunt: 20) quod videlicet intelligebant, his remotis, non eſſe mortem ipſam pertimeſcendam.

5. Nunc, 1) patres conſcripti, ego mea vi-
9 deo quid interſit. Si eritis ſecuti ſententiam

C.

17) *Leuare* hic eſt leuiorem facere poenam et mitiorem. *Homines*, vulgo *hominem*. Nihil intereſt.

18) Senſus: uno dolore iis ademiſſet multas et animi et corporis poenas, ac ſimul ceteras omnes poenas ſcelerum. *Heum.* Non autem plane ſpernenda eſt emendatio Graeuii, quae Heumanno valde arridet: *multos uno dolore dolores animi atque corporis etc.*

19) Plerique veterum in ea ſententia fuerunt, ut crederent, ea, quae de inferis dicerentur, nihil eſſe aliud, quam fabulas ad territandos imperitorum animos confictas. *Muret. Illi antiqui:* dicit Romanos veteres philoſophia non imbutos, ſignificatque, philoſophos excuſſiſſe hominibus metum poenarum poſt vitam hanc ſubeundarum. *Heum.*

20) Id eſt, ſtatuerunt, crediderunt; quod Cicero credere non videtur.

1) Contentio duarum ſententiarum inter ſe: altera popularior et tutior conſuli: altera, conſuli periculoſior, ſed ſalutarior reipublicae. Vincat igitur utilitas publica.

bli-

C. Caesaris, quoniam hanc is in republica viam, quae popularis habetur, 2) secutus est, fortasse minus erunt, hoc auctore et cognitore 3) huiusce sententiae, mihi populares impetus, 4) pertimescendi: sin illam alteram, nescio, an 5) amplius mihi negotii contrahatur. Sed tamen meorum periculorum rationes

blica. *Muret.* Ich sehe wohl ein, welchen Einfluss die Entscheidung der beiden Meinungen auf mich haben werde.

2) *Quae popularis habetur* h. e. quae ea esse putatur, qua populi gratiam nobis conciliare possumus. *Popularis* autem, siue grata atque iucunda debebat populo esse Caesaris sententia, cum ille Catilinae coniuratos tamquam ciues Romanos haud morte multandos esse censuisset. Qui enim ea, quae faciebant, quaeque dicebant, multitudini iucunda esse volebant, *populares:* qui autem ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarent, *optimates* habebantur. Cic Pro Sext. Cap. 45.

3) *Hoc auctore et cognitore* h. e. cum a Caesare potissimum haec sententia prolata atque probata sit. *Auctor sententiae* dicitur is, qui primus eam protulit; *cognitor*, qui prolatam sententiam defendit.

4) *Populares impetus* h. e. impetus popularium, qui, ut populi gratiam captent, eius causam siue iura tuentur. V. *Ernesti Clav.* in *cognitor.*

5) *Nescio, an,* id est, fortasse, vel potius, haud dubie. Nam formula: *nescio, an,* siue *haud scio an,* cum dubitationem habere videatur, tamen simpliciter affirmat. V. *Ernesti Clav.* in *haud.* *Amplius* pro *plus.*

ipsum Lentulum largitorem et prodigum non putat, cum de pernicie populi Romani, exitio huius urbis, tam acerbe 14) tamque crudeliter cogitarit, appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus atque lenissimus non dubitat P. Lentulum aeternis tenebris vinculisque mandare: et sancit in posterum, ne quis huius supplicio leuando se iactare, et in pernicie populi Romani 15) posthac popularis esse possit. Adiungit etiam publicationem bonorum, ut omnes animi cruciatus et corporis, etiam egestas et mendicitas consequatur.

6 Quamobrem siue hoc statueritis; 1) de-
11 deritis mihi comitem ad concionem, populo

carum

iussu populi, ita sine dubio secundum Ernesti scribendum est pro *iussu populi*, quod Muretus vult defendere, quasi Cicero causae suae seruiens praeter rem aliquid dixerit. Sed manifeste falsum dicens, quod omnes sciant falsum esse, non seruit causae suae. C. Gracchus, legis huius lator, non iussu populi, sed per vim a P. Nasica interemtus est, ut sciunt omnes. Atque hoc addidit Cicero, ut intelligeretur, etiam hos coniuratos iniussu populi interfici posse.

14) Id est, hostiliter. Ita et dicitur *odium acerbissimum, acerbissimus hostis, acerbissimum supplicium, acerbissima vexatio*. *Idem*.

15) Hoc est, in re populo Romano perniciosa; nisi forte scribendum sit: *in perniciem pop. Rom.*

1) Nempe quod Caesar censuerat. *Comitem* sc. auctorem huius sententiae popularis, Caesarem. *Populo carum atque iucundum*, viam enim, quae popularis habetur, secutus fuerat.

2) Ob-

carum atque iucundum: ſiue Silani ſenten-
tiam ſequi malueritis; facile me atque vos a
crudelitatis vituperatione defendetis; atque
obtinebo, 2) eam multo leviorem fuiſſe.
Quamquam, patres conſcripti, quae poteſt
eſſe in tanti ſceleris immanitate punienda cru-
delitas? ego enim de meo ſenſu iudico.
Nam ita mihi ſalua republica vobiscum per-
frui liceat, ut ego, 3) quod in hac cauſa ve-
hementior ſum, non atrocitate animi moueor,
(quis enim eſt me mitior?) ſed ſingulari qua-
dam humanitate et miſericordia. Videor
enim mihi 4) hanc urbem videre, lucem or-
bis terrarum atque arcem omnium gentium,
ſubito uno incendio concidentem: cerno ani-
mo ſepulta in patria, miſeros atque inſepul-
tos aceruos ciuium; verſatur mihi ante ocu-
los adſpectus Cethegi, et furor 5) in veſtra
caede bacchantis. Cum vero mihi propoſui 12
regnantem Lentulum, ſicut ipſe ſe ex fatis 6)
ſperaſſe

2) *Obtinebo*, probabo, defendam. V. *Erneſti Clav.* *Leuiorem*, Mſ. Fr. *leniorem*. Non improbo.

3) *Ita, ut* formula iurandi, ſo wahr ich wünſche, daſs — ſo gewiſs, de qua v. *Turſell.*

4) *Hypotyposis*, id eſt, ea vel ad mouendum, vel ad delectandum figura, cum res acta verbis ita exprimitur, ut oculis ſubiecta videatur, aptiſſima ad ſenatorum animos inflammandos. *Muret.*

5) Erat Cethegus temerario ingenio, V. Orat. III. Cap. 4. §. 10.

6) Ex libris Sibyllinis, fata praedicentibus. V. Orat. III. Cap. 4. §. 9.

ſperaſſe confeſſus eſt, purpuratum 7) eſſe hunc Gabinium, cum exercitu veniſſe Catilinam; tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum atque puerorum, ac vexationem virginum Veſtalium perhorreſco: et, quia mihi vehementer haec videntur miſera atque miſeranda, 8) idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me ſeuerum vehementemque praebeo. Etenim quaero, 9) ſi quis paterfamilias, liberis ſuis a ſeruo interfectis; uxore occiſa, incenſa domo, ſupplicium de ſeruis 10) non 11) quam acerbiſſimum ſumſerit: utrum is clemens ac miſericors, an inhumaniſſimus et crudeliſſimus eſſe videatur? mihi vero importunus ac ferreus, 12)

7) Principem regis Lentuli amicum. *Purpuratus:* purpura ornatus. Unde *purpurati* regis aut principis praecipui miniſtri, praefecti atque amici.

8) Multi ſunt *miſeri*, ſed non miſerandi, ut homicida ſi torquetur. Innocens ſi torqueatur, et miſer eſt, et miſerandus.

9) Argumentum ab exemplo ficto, ubi familia cum ciuitate comparatur.

10) Cum antea *a ſeruo* dixerat, nunc cum ſupplicium ſumendum eſt, *de ſeruis*, in multitudinis numero, loquitur propter Romanam legem de ſeruis, qui ſub eodem tecto manſerant, ob patricidium unius, interficiendis. Tacit. lib. XIV. Cap. 42. *Vetere ex more, familiam omnem, quae ſub eodem tecto manſitauerat, ad ſupplicium agi oportebat.*

11) Addidi negationem, quae deeſt in Graeuiana, et caſu omiſſa videtur. Eſt enim in vulgg. omnibus.

12) Sub-

reus, 12) qui non dolore ac cruciatu nocentis, ſuum dolorem cruciatumque lenierit. Sic nos in his hominibus, 13) qui nos, qui coniuges, qui liberos noſtros trucidare voluerunt: qui ſingulas uniuscuiusque noſtrûm domos, et hoc uniuerſum reipublicae domicilium delere conati ſunt: qui id egerunt, ut gentem Allobrogum in veſtigiis huius urbis, 14) atque in cinere deflagrati imperii collocarent: ſi vehementiſſimi fuerimus, miſericordes habebimur: ſin remiſſiores 15) eſſe voluerimus, ſummae nobis crudelitatis in patriae ciuiumque pernicie fama ſubeunda eſt.
Niſi vero cuipiam L. Caeſar, vir fortiſſimus 13
et amantiſſimus reipublicae, crudelior nudiustertius viſus eſt, cum ſororis ſuae, feminae electiſſimae, virum 16) praeſentem et audientem, vita priuandum eſſe dixit, cum

12) Subaudi *videtur*, quod praeceſſit. Non tantum, inquit, abeſſe mihi videbitur a crudelitate, ſi quis ab eiusmodi ſeruo poenas quam acerbiſſimas ſumſerit: verum etiam ſi quis id non fecerit, is mihi demum importunus ac ferreus videtur. *Muret.*

13) *In his hominibus* pro *in hos homines.*

14) Non in hac urbe, quam illi incendio tollere, ac delere cogitabant, ſed, urbe incenſa, in eius veſtigiis. Propterea ſequitur, *in cinere deflagrati imperii. Manut.*

15) Id eſt, leniores, faciliores.

16) P. Lentulum Suram, coniuratorum principem. Soror illa Antonii triumuiri mater fuit. *Praeſens* ſenatu.

avum 17) iussu consulis interfectum, filiumque eius impuberem, 18) legatum a patre missum, in carcere necatum esse dixit. Quorum quod simile factum? 19) quod initum delendae reipublicae consilium? largitionis voluntas 20) tum in republica versata est, et partium quaedam contentio. 21) Atque illo tempore huius avus 22) Lentuli, clarissimus vir, armatus Gracchum est persecutus: ille etiam graue tum vulnus accepit, ne quid de summa republica minueretur: hic ad euertenda fundamenta reipublicae Gallos arcessit, seruitia concitat, Catilinam vocat, attribuit nos trucitandos Cethego, ceteros ciues interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam diripiendamque

17) M. Fuluius Flaccus, cuius filia L. Caesari huius Lucii patri nupta fuit, ut Gracchi fautor occisus est, iussu consulis Opimii, Orat. I. Cap. 2. *Cum avum iussu consulis interfectum dixit:* da er (zum Beweis, dass sein Urtheil nicht zu hart sey) hinzu sezte, dass auch sein Grossvater auf Befehl des Consuls getödtet worden sey. *Legatum a patre missum* sc. ad consulem Opimium.

18) Duodeuiginti annos natum: alter autem, maior natu, dimicans ceciderat. *Muret.*

19) Können wohl die Anschläge des Lentulus mit jenen des Flaccus in Vergleichung gestellet werden?

20) Cum C. Gracchus agros diuidere, et frumentum plebi dare instituerat. *Muret.*

21) Quod alii populares essent, alii optimates. *Idem.*

22) P. Lentulus, princeps senatus. V. Orat. III. Cap. 5, §. 10. *Ille* nempe Lentulus avus.

que Catilinae. Veremini, censeo, 23) ne in hoc scelere tam immani ac nefando, nimis aliquid seuere statuisse videamini; cum multo magis sit verendum, ne remissione 24) poenae crudeles in patriam, quam ne seueritate animaduersionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamur.

Sed ea, quae exaudio, 1) patres conscri- 7
pti, dissimulare non possum. Iaciuntur enim 14
voces, quae perueniunt ad aures meas, eorum, qui vereri videntur, ut habeam satis praesidii ad ea, quae vos statueritis hodierno die, transigunda. 2) Omnia et prouisa, et parata,

23) Id est, puto, credo. Ironice.

24) Imminutione, lenitate. Non ergo germanice: *die Erlassung der Strafe*, sed: *die Linderung, Milderung derselben*, cum mitiore poena aliquis, quam merebatur, afficitur. Nemo enim coniuratos illos volebat sine poena dimitti, vita tantum eos priuari nolebat Caesar. *Heum.*

1) Erant, qui dicerent, etiam si senatus fortiter decreuisset, vereri se tamen, ne aliquis e caede coniuratorum in urbe tumultus oriretur; ad quem comprimendum Cicero satis praesidii non haberet. Eam suspicionem ipse nunc eleuat, ostenditque, tantum omnium ordinum atque aetatum in hac causa esse consensum, nihil ut tale sit extimescendum. *Muret.*

2) Ad supplicium de coniuratis sumendum. *Manut.* Occupat eos, qui dicebant, Ciceronem non satis fore munitum ad supplicium de coniuratis sumendum, si SC. de eo fieret. *Iaciuntur voces* h. e. sparguntur rumores. Pro *iaciuntur* editiones vett. fere omnes habent *iactantur*, quod vero hic minus aptum videtur.

parata, et constituta sunt, patres conscripti, cum mea summa cura atque diligentia; tum multo etiam maiore populi Romani, ad summum imperium retinendum, et ad communes fortunas conseruandas, voluntate. Omnes adsunt omnium ordinum homines, omnium denique aetatum: plenum est forum,
7 plena templa circa forum, pleni omnes aditus huius loci ac templi. 3) Causa enim est post urbem conditam haec inuenta sola, 4) in qua omnes sentirent unum atque idem, praeter eos, qui cum sibi viderent esse pereundum, 5) cum omnibus potius, quam soli per-
15 ire voluerunt. 6) Hosce ego homines excipio et secerno libenter. Neque enim in improborum ciuium, sed in acerbissimorum hostium numero habendos puto. Ceteri vero, dii immortales! qua frequentia, quo studio,

tur. *Iactantur* conueniret inimicorum Ciceronis insolentiae, amicis Catilinae. At hic loquuntur viri boni, amici causae Ciceronis, sed timidi. Hi interdum inter amicos sic loquebantur: quod est *iacere* voces.

3) Iouis Statoris. *Idem.*

4) Notae in ciuilibus dissensionibus secessiones, et studia partium; hic nihil simile.

5) Aere alieno: hi sunt, quos in quartum genus improborum ciuium retulit, Orat. II. Cap. 10. §. 21. *Nam illud non intelligo: quamobrem, si viuere honeste non possunt, - - arbitrentur. Idem.*

6) Communem perniciem maluerunt, quam soli perire *Idem.*

7) Qui

ſtudio, qua virtute ad communem dignitatem ſalutemque conſentiunt? Quid ego hic equites Romanos commemorem? qui vobis ita ſummam ordinis conſiliique concedunt, 7) ut vobiscum de amore reipublicae certent: quos ex multorum annorum diſſenſione 8) ad huius ordinis ſocietatem concordiamque reuocatos, hodiernus dies vobiscum atque haec cauſa coniungit. Quam coniunctionem ſi in conſulatu confirmatam meo, 9) perpetuam in republica tenuerimus; confirmo vobis, nullum poſthac malum ciuile ac domeſticum ad ullam reipublicae partem eſſe venturum. Pari ſtudio defendendae reipublicae conueniſſe video tribunos aerarios, 10) fortiſſi-

7) *Qui vobis-concedunt* h. e. locum principem inter ordines, et ſummam auctoritatem in capiendis conſiliis; exquiſita latinitate.

8) Propter iudicia: quae cum C. Gracchus ademta a ſenatoribus ad equeſtrem ordinem tranſtuliſſet, poſtea Sulla victor ab equitibus ad ſenatum reuocauit. Nunc etſi uterque ordo Aurelia lege iudicabat; adhuc tamen inter eos, praeterquam in hac cauſa, diſſenſiones erant. *Manut.* V. *Erneſti index. Legg.* in *Aurelia.*

9) Id ſignificat lib. I. ep. 15. ad Attic. His verbis: *Tueor, ut poſſum, illam a me conglutinatam concordiam.*

10) *Tribuni aerarii* ſunt ordinis plebeii, et ad iudicandum adhibiti lege Aurelia. V. lib. I. ep. 16. ad Attic. ubi ludit, in iudicio Clodiano eos fuiſſe non tam *aeratos,* (diuites) quam *aerarios* (aere corruptos.) Eorum munus erat, *attributam pecuniam,* id eſt, ſtipen-

tissimos viros: scribas 11) item uniuersos: quos cum casu hic dies 12) ad aerarium frequentasset, 13) video ab exspectatione sortis 14) ad communem salutem esse conuersos.

stipendium militum de aerario annumerare quaestori, ut inter milites diuideretur. V. *Ernesti Clau.*

11) *Scribae* erant 1) *priuati*, hominum priuatorum serui; 2) *publici*, homines liberi, sed plebeii ordinis; qui leges, edicta, rationes, epistolas etc. in scriptum referebant, ut adeo non cum iis, quos *Copistas* aut *Cancellistas* adeo, gradu paullo altiore, vocat Germania, sed cum iis, qui *Secretarii* dicuntur, comparandi sint. Locus classicus est Verr. III. Cap. 79. *Ordo est honestus, quod eorum hominum fidei tabulae publicae periculaque magistratuum committuntur.* Et pro domo Cap. 28. Distributi erant in aliquot decurias, Sorte distribuebantur inter magistratus, ut *quaestorii, aedilitii, praetorii*, et sic porro dicerentur. V. *Ernesti Clau.* Scribarum munus apud Graecos multo honorificentius fuisse, quam apud Romanos, ait Corn. in vita Eumenis, Cap. 1.

12) Nonae Decembr.

13) Id est, frequentes conuocasset, effecisset, ut adessent frequentes. Conuenerant autem decuriae, ad sortiendas procurationis suae partes. Ceterum hic temporis varietas reperitur. Nam pro *frequentasset* habent etiam edd. *frequentes aduocauit*. Hinc Ernesti, cui plusquamperfectum non satis placet, et illud *cum* suspectum est, veram Ciceronis manum putat esse: *scribas item uniuersos, quos casu haec dies ad aerarium frequentauit, video* etc.

14) *Sors* hic est sortitio scribarum, cuius quisque proximo anno scriba esse deberet. Sortitae enim sunt scribarum decuriae functionis suae partes, quas sustine-

rent

sos. Omnis ingenuorum adest multitudo, etiam tenuissimorum. Quis est enim, cui 16
non haec templa, 15) adspectus urbis, possessio libertatis, lux denique haec ipsa, et hoc commune patriae solum, cum sit carum, tum vero dulce atque iucundum? Operae pre- 8
tium est, patres conscripti, libertinorum hominum studia cognoscere; qui sua virtute fortunam ciuitatis 1) consecuti, hanc vere suam patriam esse iudicant: quam quidam hinc

rent ad certum tempus, qui scriba esset consulis, qui tribuni plebis, et forte alia procuratio fuit alia lautior et fructuosior. Ubi vero viderunt, coniuratos adduci in senatum, sortem non exspectarunt, sed consulem adierunt, ipsique promiserunt praesidium. *Scholiast*, *Muret*. V. *Ernesti Clav*.

15) Quae plurima circa forum erant. *Manut*.

1) Muretus ita legendum censet; *qui fortuna sua huius ciuitatis ius consecuti*. Hanc vero Graeuianam lectionem duabus ex caussis praeferendam esse censet Ernesti, scilicet quia 1) sola habet acumen per antitheta, *virtutem* et *fortunam*: 2) sola satis honesta est libertinis. Nam sola laudem habet. Altera; *qui fortuna sua ciuitatis ius consecuti*, etiam offensionem, quod eorum fortunae tribuit rem, quae etiam in stultis et improbis esse potest. *Ius ciuitatis* est glossa. *Fortuna* est status, conditio. Pro Mil. Cap. 34. §. 92. Ergo *fortunam ciuitatis consequi*, est statum ciuis Romani, libertatem et ius ciuitatis consequi: in quo tamen est fortunae etiam bonum, quia non semper virtus accipit, quod meretur. *Sua virtute*: sua probitate, suisque meritis erga eos, quibus antea seruiebant. *Libertini homines* sunt homines e seruis liberi facti.

hinc nati, et ſummo nati loco, 2) non patriam ſuam, ſed urbem hoſtium eſſe iudicauerunt. Sed quid ego huiusce ordinis homines commemorem, 3) quos priuatae fortunae, quos communis respublica, quos denique libertas ea, quae dulciſſima eſt, ad ſalutem patriae defendendam excitauit? Seruus eſt nemo, qui modo tolerabili conditione ſit ſeruitutis, 4) qui non audaciam ciuium perhorreſcat: qui non haec ſtare 5) cupiat; qui non tantum, quantum audet, et quantum poteſt, conferat ad communem ſalutem,
17 voluntatis. 6) Quare ſi quem veſtrum forte com-

2) Ut Lentulus, Catilina, uterque patricii generis.

3) Eſt formula praeteritionis, ac tum uſurpatur, cum aliquid non ſum commemoraturus. At cum iam commemoraui aliquid, et ad ultimum dicere volo, commemoratione illa me potuiſſe ſuperſedere, ita ſubiungo: *quid ea commemoro*, hoc eſt, cur tam longus ſum in iis commemorandis? Pro Mil. Cap. 7. §, 18. *Sed quid ego illa commemoro?* Hinc reſcribit Heumannus ex Mſ. Graeuii *commemoro*. Id enim iam fecit orator.

4) *Qui modo-ſeruitutis*: der nur einen erträglichen Sklaven-Dienſt hat. Seruorum quaſi gradus erant: aliorum melior, aliorum deterior conditio. *Muret.*

5) *Haec* dicitur δεικτικῶς. M. Tullius, cum haec pronunciabat, *qui non haec ſtare cupiat*, manu porrecta, aedificia urbis Romae, publica et priuata demonſtrabat. Ita et cap. 4. *qui haec delere conati ſunt.*

6) *Voluntatis*, verbum hoc delet Heum. quippe nec neceſſarium, nec aptum. *Tantum, quantum audet,* *et*

commouet hoc, quod auditum est, lenonem quendam Lentuli concursare circum tabernas, 7) pretio sperare sollicitari posse animos egentium atque imperitorum; est id quidem coeptum atque tentatum: sed nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri, aut voluntate perditi, qui non ipsum illum sellae atque operis et quaestus quotidiani locum; 8) qui non cubile ac lectulum suum; qui denique non cursum hunc otiosum vitae suae, 9) salvum esse vellent. 10) Multo vero maxima pars eorum, qui in tabernis sunt: immo vero 11) (id enim potius est dicendum) genus hoc

et quantum potest, id est, omnem suam voluntatem omnemque facultatem. *Lenonem quendam Lentuli:* v. Sallust. Cap. L. *Dum haec in senatu geruntur, -- liberti, et pauci ex clientibus Lentuli, diuersis itineribus, opifices, atque seruitia in vicis ad eum eripiendum sollicitabant; —*

7) *Taberna*, locus expositus multitudini, ubi efficitur aliquid mercede, vel venditur. V. *Ernesti Clav.* Sumitur et pro cauponis.

8) Periphrasis est tabernae; est enim *sella* sedes opificum; unde dicuntur *sellularii*.

9) *Cursum hunc otiosum vitae suae*: diese ruhige Laufbahn ihres Lebens. *Otiosum* i. e. pacificum, quietum. Ac statim bis commemorat *otium* eo sensu quo *pacem* significat. *Heum.*

10) Cum praecedat tempus perfectum, *inuenti sunt*, necessario debet sequi imperfectum coniunctiui. Ergo legendum *vellent* pro *velint*.

11) MSS. plerique habent *nisi vero*; quod autem huic loco minime conuenit. Rectius *immo vero*, quod in augendo dicitur pro *quin potius*.

Qui-

hoc uniuersum, amantissimum est otii. Et enim omne eorum instrumentum, omnis opera ac quaestus, frequentia ciuium sustinetur, alitur otio: quorum si quaestus, occlusis tabernis, 12) minui solet, quid tandem incensis 13) futurum esset? 14)

18 Quae cum ita sint, patres conscripti, vobis populi Romani non desunt praesidia: vos ne populo Romano deesse videamini, prouidete.
9 Habetis consulem ex plurimis periculis et insidiis, atque ex media morte, non ad vitam suam, sed ad salutem vestram reseruatum: omnes ordines ad conseruandam rempublicam mente, voluntate, studio, virtute, voce, consentiunt: obsessa facibus 1) et telis impiae coniurationis, vobis supplex manus tendit patria communis: vobis se, vobis vitam omnium ciuium, vobis arcem et Capitolium, vobis aras Penatium, vobis illum

12) Ut cum itur ad saga: cum tumultus est in ciuitate: in luctu publico. *Muret.* Clauduntur autem tabernae edicto consulum. Pro *sustentatur*, quod edidit Graeuius ex MSS. plurimis, alii *sustinetur*; et ita rectius scribi putant Heum. et Ernesti.

13) Erat autem futurum, ut incenderentur, si coniurati, quod moliebantur, efficere potuissent. *Muret.*

14) *Futurum esset?* hanc lectionem suadet Ernesti pro vulgari *futurum est* et Graeuiana *futurum fuit*, quia non de praeterito sermo est, sed de futuro, et quidem ex hypothesi, si incenderentur tabernae.

1) Personae fictio ad animos commouendos efficacissima. *Muret.*

lum ignem Veſtae perpetuum ac ſempiternum, 2) vobis omnia templa deorum atque delubra, vobis muros atque urbis tecta commendat. Praeterea de veſtra vita, de coniugum veſtrarum ac liberorum anima, de fortunis omnium, de ſedibus, de focis veſtris, hodierno die vobis iudicandum eſt. Habetis 19
ducem, memorem veſtri, oblitum ſui: quae non ſemper facultas datur: 3) habetis omnes ordines, omnes homines, uniuerſum populum Romanum, id quod in ciuili cauſa hodierno die primum 4) videmus, unum atque idem

2) *Perpetuum ac ſempiternum:* duo vero priora verba deleta volunt Lambinus et Graeuius, quia ſe. ſint eiusdem notionis. At non ſunt. Nam *ignis perpetuus* eſt, qui, quia noua ſemper ei alimenta ſubiiciuntur, numquam exſtinguitur, ſed continuatur ſine interuallo; *ſempiternus*, qui nullo umquam tempore deſinet ardere, ſed ad omnem aetatem propagatur. Ignis Veſtae Ciceronis iam aetate dici poterat *perpetuus*: ſed *ſempiternus* dici non poterat: tantum ſperabatur fore *ſempiternus*, nec ullo aeuo exſtinguendus abolendusque. *Heum.* Praeterea etiam non debent deleri, quia perit numerus et concinnitas orationis, quam Cicero hic eſt ſecutus: *ignem Veſtae perp. ac ſempiternum - templa deorum atque delubra - muros atque urbis tecta.*

3) Id eſt, cuius generis ducem non ſemper habere contingit. *Idem.*

4) Nam cum Sp. Melio, quem occidit Seruilius Ahala, et cum Gracchis, quorum alterum P. Scipio pont. max. alterum L. Opimius conſul, et cum Saturnino, et Glaucia, quos C. Marius conſul, multi fuerunt. *Manut.*

5) Pri

idem ſentientem. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute ſtabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox 5) paene delerit. Id ne umquam poſthac non modo confici, ſed ne cogitari quidem poſſit a ciuibus, hodierno die prouidendum eſt. Atque haec, non ut vos, qui mihi ſtudio paene praecurritis, excitarem, locutus ſum; ſed ut mea vox, quae debet eſſe in republica princeps, officio functa conſulari videretur.

10 Nunc ante quam, patres conſcripti, ad
20 ſententiam 1) redeo, de me pauca dicam. Ego, quanta manus eſt coniuratorum, quam videtis eſſe permagnam, tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe video: ſed eam eſſe iudico turpem et infirmam, et contemtam et abiectam. Quodſi aliquando, alicuius furore et ſcelere concitata manus iſta plus valuerit, quam veſtra ac reipublicae dignitas: me tamen meorum factorum atque conſiliorum numquam, patres conſcripti, poenitebit. Etenim mors, quam illi mihi fortaſſe minitantur, omnibus eſt parata: vitae tantam laudem, quanta vos me veſtris decretis honeſtaſtis, nemo eſt aſſecutus. Ceteris

5) Prima Saturnalium. V. Orat. II. Cap. 4. §. 10.

1) Scilicet *rogandam*.

2) Haec

teris enim ſemper bene geſtae, mihi uni con-
ſeruatae reipublicae gratulationem decreui-
ſtis. 2) Sit Scipio clarus 3) ille, cuius con- 21
ſilio atque virtute 4) Hannibal in Africam re-
dire, atque ex Italia decedere 5) coactus eſt:
ornetur alter eximia laude Africanus, 6) qui
duas urbes huic imperio infeſtiſſimas, Kartha-

ginem

2) Haec eſt lectio vulgaris atque ſeruanda ex ſententia Heumanni et Erneſti. Graeuius deleuit *ſemper*, ſed male, quia reſpondet *uni*. *Ceteris ſemper* (pro omnibus) *mihi uni*. Si *ſemper* non addidiſſet, ſatis fuiſſet *mihi*. Tum habet Graeuius ut et alii ex Mſſ. *geſta-conſeruata republica*, ſed editiones veteres conſentiunt in *geſtae* et *conſeruatae*. Si Cicero de ſe et iudicio ſuo loqueretur, ablatiui veri eſſent; ſed in eo eſſet gloriatio oratoris; loquitur autem de iudicio ſenatus, qui decreuit gratulationem ob bene geſtam et conſeruatam rempublicam, quae eſt *gratulatio bene geſtae ac conſeruatae reipublicae.*

3) P. Cornelius Scipio Africanus, qui etiam Africanus maior nominatur, in Africa Karthaginienſes pluribus proeliis vicit, effectumque eſt multis Scipionis victoriis, ut Karthaginienſes in auxilium publicae ſalutis Hannibalem ex Italia reuocarent. Bellum Punicum II. confecit. De Scipione vide Liuium lib. XXX.

4) *Conſilio:* quia putauit in Africam tranſeundum, ut Hannibal Italiam relinquere cogeretur. *Virtute*: ſine qua conſilium inutile fuiſſet. *Manut.*

5) Hyſterologia quaedam eſt. Prius enim decedere ex Italia coactus fuit: deinde redire in Africam.

6) P. Africanus minor, L. Aemilii Paulli filius, a quo Aemilianus dicitur, quia familiae Aemiliae fuit. Adoptatus eſt a ſuperioris Africani filio.

7) V

ginem Numantiamque 7) deleuit: habeatur vir egregius, L. Paullus 8) ille, cuius currum rex potentissimus quondam, et nobilissimus, Perses 9) honestauit: sit in aeterna gloria Marius, qui bis Italiam obsidione et metu seruitutis liberauit: 10) anteponatur omnibus Pompeius, 11) cuius res gestae atque virtutes, iisdem, quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur. 12) Erit pro-

7) V. Pro lege Manilia Cap. 20. §. 60. et Flor. lib. II. Cap. 18.

8) L. Aemilius Paullus, Macedonicus, Africani minoris pater naturalis. De huius vita et de toto hoc bello vid. Liv. lib. 44. 45. Flor. lib. II. Cap. 12. Plutarch.

9) Rex Macedoniae, Philippi II. filius. *Currum* sc. triumphalem, ante quem Perses in catenis ductus fuit. Triumphum hunc vid. apud Liv. lib. XLV. Cap. 35. seq. Flor. lib. II. Cap. 12.

10) *Bis - liberauit:* semel cum Teutonos in Gallia Narbonensi ad internecionem deleuit: iterum cum Cimbros sub Alpibus in Insubria fudit. Utraque vero hostium multitudo Italiam occupatura veniebat: Vell. Pat. lib. II. Cap. 11. V. Orat. pro lege Manil. Cap. 20. §. 60. Flor. lib. III. Cap. 3. Hinc dicitur custos urbis Orat. III. §. 24.

11) Laudes Cn. Pompeii Magni ipse Cicero exposuit in oratione pro lege Manilia. Pro rege Deiot. Cap. 4. §. 12. *Tanto ille superiores vicerat gloria, quanto tu omnibus praestitisti.*

12) *Cuius res gestae - continentur* grauius pro vulgari: cuius res atque virtutes per totum terrarum orbem cele-

profecto inter horum laudes aliquid loci nostrae gloriae: nisi forte maius est, patefacere nobis prouincias, quo exire possimus, quam curare, ut etiam illi, qui absunt, habeant, quo victores reuertantur. 13) Quamquam est uno loco conditio melior externae victoriae, quam domesticae: quod hostes alienigenae aut oppressi seruiunt, aut recepti beneficio se obligatos putant: qui autem ex numero ciuium, dementia aliqua deprauati, hostes patriae semel esse coeperunt, eos, cum a pernicie reipublicae repuleris, nec vi coërcere, nec beneficio placare possis. Quare mihi cum perditis ciuibus aeternum bellum susceptum esse video: quod ego vestro, bonorumque omnium auxilio, memoriaque tantorum periculorum, quae non modo in hoc populo, qui seruatus est, sed etiam in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper haerebit, a me atque a meis facile propulsari posse confido. Neque ulla profecto tanta vis reperietur, quae coniunctionem vestram 22

celebrantur. Similiter in oratione pro Archia Cap. 10. §. 23. *Res hae, quas gessimus, orbis terrae regionibus definiuntur.*

13) Huc pertinet dictum Pompeii, quod refertur lib. 1. Cap. 22. de officiis. *Mihi quidem Pompeius hoc tribuit, ut diceret, frustra se triumphum tertium deportaturum fuisse, nisi meo in rempubl. beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus.*

vestram equitumque Romanorum, 14) et tantam conspirationem bonorum omnium perfringere et labefactare possit.
II Quae cum ita
23 sint, patres conscripti, pro imperio, 1) pro exercitu, 2) pro prouincia quam neglexi, 3) pro triumpho, ceterisque laudis insignibus, quae sunt a me, propter urbis vestraeque salutis custodiam, repudiata, pro clientelis hospitiisque prouincialibus, 4) quae tamen urbanis opibus non minore labore tueor, quam

14) V. Cap. 7. §. 15. *Conspiratio*, consensus.

1) *Imperium* hoc loco significat dignitatem imperatoriam, qua praeditus est is, qui praeest exercitui. *Heuman.*

2) Quem habuisset in prouincia Macedonia. *Manut.*

3) Pinguiorem prouinciam, Macedoniam, Cicero collegae Antonio concesserat, ut illum a societate Catilinae abduceret. *Cellar.* V. Orat. III. Cap. 6. §. 14. et Sallust. Cap. 26. *Negligere*, repudiare, praetermittere.

4) *Pro clientelis hospitiisque prouincialibus* h. e. pro dignitate, quam mihi clientum multitudine et hospitiis comparaturus fuissem in prouincia. *Clientela* significat multitudinem clientum, qui se in fidem patrociniumque alicuius potentis principisue dederunt. Non solum autem priuati concessu Romuli ex patriciis patrones sibi elegerunt, sed etiam coloniae et sociae ciuitates. *Siculi* e. g. fuerunt in clientela *Marcellorum*, *Allobroges* in clientela *Fabiorum*. V. Sallust. Cap. XLI. *Urbanis opibus:* auctoritate, potentia mea, quam Romae clientum et amicorum multitudine habeo. *Igitur* pro *inquam*. V. Tursell. de particulis.

5) Dum

quam comparo: pro his igitur omnibus rebus, pro meis in vos singularibus studiis, proque hac, quam conspicitis, ad conseruandam rempublicam diligentia, nihil aliud a vobis, nisi huius temporis, totiusque mei consulatus memoriam postulo: quae dum 5) erit vestris mentibus infixa, firmissimo me muro septum esse arbitrabor. Quodsi meam spem vis improborum fefellerit atque superauerit; commendo vobis parvum meum filium: cui profecto satis erit praesidii, non solum ad salutem, verum etiam ad dignitatem, si eius, qui haec omnia suo solus periculo conseruauerit, illum esse filium memineritis. Quapropter de summa salute vestra, 24
populique Romani, patres conscripti, de vestris coniugibus ac liberis, de aris ac focis, 6) de fanis ac templis, de totius urbis tectis ac sedibus, de imperio, de libertate, de salute Italiae, deque uniuersa republica decernite diligenter, ut instituistis, 7) ac fortiter. Habetis

5) *Dum* pro *quamdiu*, *so lange.*

6) Utrumque et *arae*, et *foci*, in hac formula priuatarum aedium sunt, ut monuit in Claue Ernesti; recteque *aras* in impluvio, *focos* in atriis collocat. *De vestris coniugibus-focis*: haec priuata; iam ad publica venit, *de fanis ac templis* etc.

7) Nam superiore senatu, quem habuit in aede Concordiae, indiciis contra coniuratos expositis, confessisque coniuratis, cum senatum consuluisset, de summa reip. quid fieri placeret; dictaeque essent a pri-

... enim eum consulem, qui et parere vestris decretis non dubitet, et ea, quae statueritis, quoad vivet, defendere et per se ipsum, quoad possit, praestare. s)

... principibus acerrimae ac fortissimae sententiae: hanc tamen eas sine ulla varietate est consecutus. Orat. III. cap. 6. *Manut.*

s) Id est, efficere, ne quis ea civis improbus infirmare possit. *Manut.* *Praestare*, est prohibere, ne quid incommodi alicui fiat: et si non prohibuerit, satisfacere: ut venditor debet praestare vitium rei, quam vendit, i. e. prohibere atque efficere, ne emtor damni quid faciat, alioqui satisfacere. V. *Ernesti Clav.* *Per se ipsum* est sine alterius ope. Ceterum hanc Graevianam lectionem, quam et Ernesti probat, in textum recipere nullus dubitavi, eamque vulgatae, quae in fine habet *possit*, longe praeferendam puto. Illud *possit* in fine est vitium librariorum, ortum ex eo, quod putarunt, *praestare* ab eo verbo pendere, sed pendet a *non dubitet*. Cum Mss. quidam habeant *praestare, quoad possit*, oratio fit concinnior, si verba isto ordine, quo Graevius voluit, ponuntur.

3